This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

INSTITUTIONES

AD

FUNDAMENTA

LINGUAE PERSICAE

CUM

CHRESTOMATHIA

MAXIMAM PARTEM EX AUCTORIBUS

INEDITIS COLLECTA

ET

GLOSSARIO LOCUPLETI.

EDIDIT

FRIDERICUS WILKEN.

LIPSIAE, MDCCCV.

SUMTIBUS SIEGFR. LEBR. CRUSII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRI

JOAN. GODOFR. EICHHORN

LITERARUM ORIENTALIUM IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA PROFESSORI

PRAECEPTORI SUO PIE COLENDO

HUNCCE LIBRUM

PIETATIS ET ANIMI GRATI DOCUMENTUM

OBTULIT

FRIDERICUS WILKEN.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Quum in Academia Gottingenſi Inſtituti Repetentium Ordinis Theologici ſodalis, privatis lectionibus literas orientales docerem, intellexi, non deeſſe juvenes, qui literas Perſicas a ſuis ſtudiis haud alienas putent, deeſſe autem earum diſcendarum ſubſidia et adminicula. Etenim Grammaticae, quas habemus, perſicae aut rariſſime deprehenduntur, aut nimio pretio veneunt, aut iis non ſatisfaciunt quae a Grammatica deſiderantur. Chreſtomathiam perſicam ſive librum, qui ſelectos ex optimis ſcriptoribus locos intellectu faciles atque tironum rationibus accommodatos offerat, nullam novi. Lexica denique et Meninskianum et Richardſonianum rariſſime apud nos juvenes, qui literas perſicas diſcere velint, eum experti ſunt fortunae favorem, ut ſibi comparare poſſint. Itaque bene de literis me meriturum ſperabam, ſi libro aliquo parabili nec nimis amplo eorum, qui literas Perſicas dignas cognitu exiſtimant, rationibus ex meis viribus conſulerem. Vehementer laetatus ſum, quum redemtorem, virum honeſtiſſimum, qui ſua de re literaria merita non ex lu-

Digitized by Google

cro metitur, ad meum consilium adjuvandum alacrem atque promtum deprehendissem.

Optimum laboris mei fructum me tulisse arbitrabor, si hic liber aliquid praestiterit utilitatis ad literas persicas a communi neglectu liberandas. Nihil quidem magis a me abest quam velle eas referre inter ea studia, quibus institutio liberalior carere nequeat. Id enim si quis nostro tempore conaretur, nae is aliud efficeret, nisi quod hominis inepti et stulti notam apud prudentiores contraheret, atque eundem experiretur derisum, quem illi merito experti sunt, qui Ferdewsium Homero, Hafizium Anacreonti, Horatio, Pindaro, ineptissimos alios Persarum poëtas elegantissimis Graecorum vatibus aequipararunt parum abfuit, quin etiam praetulerint. Merentur autem cognosci literae persicae, praesertim quum propter insignem sermonis facilitatem haud multum in iis operae et temporis sit consumendum. Inter poëtas prae ceteris Ferdewsi, etiam Sadi, Nizzami, Hafiz et aliquot alii, quorum nomina et scripta in bibliothecarum scriniis latent, digni sunt qui legantur ab illis, qui Persarum indoles atque ingenia noscere velint. Inter historicos Mirchondi scripta magnum habent nomen; alii annales haud minus utiles adhuc latent. In his scriptoribus, et nonnullis aliis mira est passim venustas atque elegantia, in aliis vero locis aut horrida barba-

Digitized by Google

barbaries aut fucus ineptus lectorem prudentem offendit. Quare eorum opera integra typis vulgari haud merentur. Optandum igitur foret, ut ſcripta Perſarum edenda ſuſciperent nonniſi homines ſubacti et limati judicii, qui puerilia ab elegantibus, inepta a venuſtis, utilia ab inutilibus discernere norunt. Tali enim judicio maxime eſt opus in illis ſtudiis, quae communia eſſe nec debent nec poſſunt *).

Quae in Chreſtomathia mea leguntur ex auctoribus Perſicis excerpta, licet non omnia ſint inter ſplendidiſſima eorum loca referenda, tamen neque puerilia neque inepta, immo utilia multa et jucunda continere, perſuaſum mihi eſt. Id ſcilicet maxime in locorum, quos in meos uſus converterem, delectu ſpectandum exiſtimavi primum, ut aliquid in iis deprehenderetur cognitu utile, deinde ne eaedem voces (exceptis iis, quibus nulla oratio carere poteſt) in ſingulis locis nimis ſaepe redirent, unde factum eſt, ut Gloſſarium in amplum fere volumen excreverit. Codices manuſcripti unde collecta ſunt, quae in hoc libro *inedita* inveniuntur, ſervantur omnes in bibliotheca Academiae Georgiae Auguſtae. Duorum codicum *Schahnameh Ferdewſiani*, unde edidi illum locum, qui Alexandri ſub habitu

 legati

*) Is tali judicio non fuit, qui nuper edidit *Nizami* poëtae narrationes et fabulas (Lipſ. 1802. 4.) quibus nihil poteſt cogitari ineptius.

Digitized by Google

legati in castra Darii explorandi causa profectionem, ejus detectionem et fugam, atque subsecutum altero mane inter duos reges proelium, quo primum res Persarum labefactata est, narrat, alter A. a me appellatus, quem bibliotheca Gottingensis munificentiae Illustrissimi Baronis DE ASCH debet, satis inornate et festinanter scriptus, plenior tamen est et meliores plerumque offert lectiones, alter litera B. notatus inter ornatissimos et splendidissimos est numerandus. Haud ignarus, me ex Ferdewsio potuisse eligere locos multo elegantiores, praetuli locum ex Alexandri historia, quoniam a nemine, neque etiam ab Illustrissimo MURADGEA D'OHSSON *), ea quae de Alexandro Ferdewsius narrat, recte tradita animadverti. Locorum ex Ferdewsio magis illustrium magnam copiam continent GUILIELMI JONESII scripta, inprimis ejus Commentarii de poësi Asiatica. Ex DEWLETHSCHAHI *historia poëtarum persicorum* recepi locum, qui de origine poëseos Persicae agit et vitam Hafizi, quam ob plura quae inserta sunt carmina parti poëticae vel potius metricae adjeci. Codex MIRCHONDI, quo usus sum, scriptura *Nischi*, ut omnes fere Persarum libri historici, satis eleganter exaratus est. Ex eodem codice excerpsi *historiam Samanidarum*

*) Tableau historique de l'Orient (à Paris an. XII. 2 Tomi 8.) T. II. p. 42. sq. nostri loci ne mentionem quidem facit.

Digitized by Google

darum aliquoties in his Institutionibus citatam, quae latina interpretatione, annotatione historica et Indice Geographico aucta brevi Gottingae in bibliopolio Dieterichiano prostabit. Nec me reprehensum iri confido, quod ex celebertimi OUSELEY *oriental Collections* aliquot locos prosaicos et carmina minora, in quibus aliqua satis venusta deprehenduntur, in meam Chrestomathiam vocaverim. Innumeris ea hic purgata inveniuntur et descriptorum et typothetarum mendis.

In Institutionibus grammaticis maxime mihi curae fuit *facilitas* et *perspicuitas*. Quare et ab omni innovatione, quantum fieri potuit, et ab incertis opinionibus et conjecturis abstinui; quae de sermonis Persici origine et causis opinatus sum, alii tempori et loco servo. In verbi autem temporibus definiendis temperare mihi non potui, quin, relicta vulgari ratione, Harrisianam propter miram ejus simplicitatem amplecterer.

Haud scio annon omnes probaturi sint meam temporum derivationem a tertia Praeteriti infiniti persona. Sequutus sum hanc rationem, non quod hanc tertiam personam verbi radicem putabam (haec nimirum sita est in substantivo aliquo, quod cum Imperativo in forma convenit, haud raro monosyllabo vid. 218.), sed quod illa aptissima mihi videbatur ad *intelligendam* tem-

Digitized by Google

porum formationem, maxime in verbis irregularibus ſive potius defectivis, quae tempora ab Imperativo exeuntia ab alio verbo cognato mutuantur. Ne autem illis deſim, qui ab Imperativo ſive ab ipſa verbi radice tempora derivare malunt, tabulam appono etymologicam illorum rationi accommodatam:

Ab *Imperativo* igitur, qui cum *radice verbi* convenit, deſcendunt:

I. *Praeſens* et *Indicativi* et *Conjunctivi*, aſſumtis perſonarum terminationibus. A نال (Infin. نالیدن) fit نالم etc. in indicativo plerumque مي ſ. همي aſſumto مينالم, همينالم.

Ab illo derivatur:

Futurum verbi infecti praefixo ب, بنالم *lamentabor.*

II. *Participium praeſentis* triplici quidem ratione:

1. aſſumto ا. نالا lamentans, quod ا in nominibus compoſitis plerumque abjicitur.

2. aſſumto ان ſive انه ut نالان, نالانه.

3. aſſumto نده, نالنده.

III. tertia praeteriti infiniti perſona triplici ratione in verbis regularibus ſive plenis:

a. in aliis verbis adjecto ت. A كشن *kuſch*, occide fit كشتن *kuſchth*, occidit.

b. in aliis adjecto د. A بر *ber* ſ. *bur* fer fit برد tulit.

c. in

Digitized by Google

c. in aliis adjecto يد. A رس *res*, *veni* fit رسيد venit.

Ab illa formantur:

1. cetera *praeteriti infiniti* tempora additis terminationibus. A كشتن fit كشتم; a برد fit بردم; a رسيد fit رسيدم.

A *praeterito infinito* derivatur:

aa. *praeteritum verbi infecti* praepoſito مي ſ. همي; مي رسيدم veniebam. In tertia perſona et ſingularis et pluralis ſuffixo ي; رسيدي, رسيدندي.

bb. *Tempus optativum* ſive *conditionale*, appoſito ي, quod in ſecunda perſona ſingularis abjicitur, رسيدمي venirem.

2. *participium praeteriti* aſſumto ه; رسيده.

Ab eo componuntur:

α. *praeſens verbi perf. Indicativi* aſſumto verbo ſubſtantivo, نالیده ام lamentatus ſum.

β. *praeſens verbi perf. Subj.* aſſumto Praeſenti Subj. verbi aux. بودن, نالیده باشم lamentatus ſim.

γ. *praeterit. verbi perf.* aſſumto praeterito infinito verbi بودن, رسیده بودم veneram.

δ. *Futurum verbi perf.* aſſumto futuro verbi بودن, رسیده باشم venero.

ε. *Omnia*

Digitized by Google

2. *Omnia paſſivi tempora*, aſſumtis verbi auxiliaris شدن temporibus.

3. *Infinitivus* addito ن. نالیدن *naliden*, quod tamen haud raro abjicitur, inprimis poſt verbum خواهیدن, ubi ad formanda verbi futuri tempora adhibetur.

Exempla appoſui inſtitutionibus grammaticis tot quot neceſſaria exiſtimavi ad intelligendas regulas, pleraque ex grammatica perſica JONESII petita, quae ab illis, quae mea lectio mihi ſuppeditavit, aſteriſco religioſe diſtinxi. Facile fuiſſet eorum numerum augere, ſed Chreſtomathiae lectio haud exiguam exemplorum copiam cupienti praebebit.

Scribebam Lipſiae d. XXIX. Novembris MDCCCIV.

CON-

Digitized by Google

CONSPECTUS LIBRI.

I. INSTITUTIONES AD FUNDAMENTA LINGUAE PERSICAE.

Pars I. De Scriptura et pronunciatione Perſarum.

Cap. I. De Conſonantibus. p. 1.

Cap. II. De vocalibus ſignisque orthographicis. p. 4.

Cap. III. De tono. p. 6.

Pars II. De partibus orationis.

Sectio I. De nomine ſubſtantivo.

Cap. I. De genere nominum ſubſtantivorum. p. 9.

Cap. II. De declinatione.

§. 1. De numero. p. 10.

§. 2. De caſibus. p. 13.

Cap. III. De articulo. p. 21.

Sectio II. De nomine adjectivo. p. 22.

Sectio III. De pronominibus.

§. 1. Pronomina perſonalia. p. 24.

§. 2. Pronomina poſſeſſiva. p. 26.

§. 3. Pronomina reciproca. p. 27.

§. 4. Pronomina demonſtrativa. p. 28.

§. 5. Pronomina relativa. p. 30.

§. 6. Pronomina interrogativa. p. 31.

Sectio IV. De Verbo.

Cap. I. Canones generales. p. 32.

Cap. II. De verbi perſici temporibus et modis.

§. 1.

Digitized by Google

§. 1. Perficorum temporum cum temporibus aliorum sermonum comparatio. p. 34.

§. 2. Temporum et modorum formatio. p. 37.

§. 3. Paradigmata verborum auxiliarium. p. 41.

§. 4. Paradigmata verborum regularium. p. 48.

De temporum verbi perfici significatione et usu. p. 63.

Caput III. De verbis irregularibus sive defectivis. p. 72.

Caput IV. De verbis impersonalibus. p. 78.

Sectio V. De Adverbiis. p. 79.

Sectio VI. De Conjunctionibus. p. 81.

Sectio VII. De Praepositionibus. p. 82.

Sectio VIII. De Interjectionibus et Exclamationibus. p. 82.

Appendix ad partem secundam: De numeralibus. p. 83.

Pars III. Etymologia.

Sectio I. De derivatione.

Caput I. De derivatione nominum substantivorum.

§. 1. (a) Substantiva a substantivis. p. 85.

§. 2. (b) Substantiva ab adjectivis. p. 87.

§. 3. (c) Substantiva a verbis. p. 88.

Cap. II. De derivatione nominum adjectivorum. p. 89.

Cap. III. De derivatione verborum. p. 91.

Sectio II. De compositione. p. 92.

Cap. I. De compositione substantivorum. p. 93.

Cap. II. De compositione nominum adjectivorum. p. 93.

§. 1. I. Adjectiva composita ex substantivis et participio apocopato praesentis. p. 94.

§. 2. II. Adjectiva composita ex nominibus adjectivis et substantivis. p. 98.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. III. Adjectiva ex duobus nominibus substantivis composita. p. 98.

§. 4. IV. Adjectiva ex particulis et nominibus substantivis composita. p. 99.

Cap. III. De compositione verborum. p. 100.

Pars IV. Syntaxis.

§. 1. Constructio substantivorum, adjectivorum et pronominum. p. 101.

§. 2. Constructio verborum. p. 103.

§. 3. Constructio particularum. p. 108.

II. CHRESTOMATHIA MAXIMAM PARTEM EX AUCTORIBUS INEDITIS COLLECTA.

I. Pars prosaica.

A. Ex MIRCHONDI Historia.

1. Mors Mamuni Chalifae. Exempla liberalitatis ejus. p. 111.

2. De Scharorum Gordschesthani imperio a Soltano Mahmude Gaznevico everso. p. 120.

3. De Sumnatho urbe Indica a Mahmude expugnata Idolique cultu ibi sublato. p. 128.

4. Soltani Mahmudi Gaznevici quaedam dicta et facta. p. 143.

B. Ex Annalibus ASEM Kufensis.

1. Historia fugae et caedis Jezdescherdi, ultimi Persarum Imperatoris ex gente Sassanica. p. 152.

2. Historia Insulae Zus. p. 155.

3. Expeditio Moslemorum in Nubiam. p. 160.

C. Ex libro Geographico HEFT EKLIM i. e. septem climata inscripto.

Descriptio terrae Zengitanae. p. 162.

D. Ex BAHAR DANUSCH i. e. horto sapientiae. p. 163.

E. Ex DAULETSCHAHI Thaskoreth esschora i. e. vitis poëtarum. Origines poëseos persicae. p. 167.

F. Fa-

Digitized by Google

F. Fabulae ex DSCHAMI Beharistan.

1. Columba. p. 172. 2. Cancer. p. 173. 3. Vulpes et Lupus. p. 173. 4. Vulpes, Canis et Lupus. p. 175. 5. Camelus et Rubus. p. 176. 6. Mus et Olitor. p. 177. 7. Camelus et Asinus. p. 179. 8. Formica et Avis. p. 180.

G. Fabula ignoti Auctoris. Hortulanus et Luscinia. p. 182.

II. Pars poëtica.

A. Ex FERDUSI Schahnameh.

1. Fragmentum sermonis Herois amore filiae Afrasiabi capti. p. 187.

2. Ex Historia Alexandri Magni. p. 189.

B. Ex Pendnameh FERIDUNI ATTAR.

1. Quae sint res Diaboli. p. 209.

2. Quae sint hominibus ad Paradisum destinatis peculiaria. p. 210.

C. Ex RAFIEDDINI Descriptione Kaschmiri. p. 211.

D. Elegia ex Diwano CHAKANI. p. 212.

E. Ex Diwano ANWERI. p. 214.

F. Ex Diwano SENAI. p. 215.

G. Ex Diwano EMIRI CHOSRU. p. 215.

H. Ex Diwano DSCHAMI. p. 216.

I. Carmen SCHEFALI. p. 219.

K. Vita Hafizi ex Daulethschahi Historia Poëtarum Persicorum. p. 220.

III. GLOSSARIUM.

INSTI-

Digitized by Google

I.

INSTITUTIONES

AD

FUNDAMENTA

LINGUAE PERSICAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTITUTIONES
AD
FUNDAMENTA
LINGUAE PERSICAE.

PARS I.
DE
SCRIPTURA ET PRONUNCIATIONE PERSARUM.

CAPUT I.
De Conſonantibus.

§. 1.

Perſae utuntur literarum formis Arabicis, quas cum religionibus et inſtitutis a victoribus accepere. Eas in libris poeticis exarant ductu faciliori et expeditiori, ac ſatis eleganti, quae ſcribendi ratio a pendulo literarum ſitu nomen accepit *Thaalik* تعليق *ſcriptura pendula* *). In epiſtolis utuntur plerumque negligenti, impli- 1

*) Hujus ſcriptionis lectionem, haud quidem valde difficilem, multum adjuvat Cel. OUSELEY's Perſian Miſcellanies, an Eſſay to facilitate the reading of perſian Manuſcripts. London 1795. 4.

Digitized by Google

implicata et ineleganti scripturâ, punctis consonantium diacriticis haud raro destitutâ, quam *Schekestheh* شكسته *fractam* appellant. Libri autem historici scriptura vulgari Arabica, *Nischi* نسخي appellata, satis eleganter ac perspicue scribi solent. Alia minus solennia scripturae Persarum genera enumerat CHARDIN *).

§. 2.

2 Quum neminem facile fore putemus, qui nulla Arabici sermonis peritia instructus ad linguam persicam discendam se accingat, omnes apponere literas supersedemus, atque tantum annotamus, quibusnam in rebus Persarum pronunciatio ab Arabica differat.

3 1) Persae quatuor Arabum consonantes duplici ratione appellant. Scilicet ب, ج, ز et ك vel uti Arabes *b*, *dsch*, *z* et *k*, vel *p*, *tsch*, *sch* (sive potius uti Francogallorum *j* in *jour*, Anglorum *ſ* in *pleaſure*), *g* pronunciant. Quod quum fit, istas literas nonnumquam tribus punctis notant. پ, چ, ژ, گ. At quoniam has literas non pro singularibus consonantibus habent **), haec puncta plerumque omittunt. Itaque

*) Voyages du Chev. CHARDIN. Amst. 1735. 4. T. III. p. 150.

**) CHARDIN l. c. p. 147. „On rencontre quelquefois dans l'écriture jusqu'à quatre lettres de plus, qui ne sont pas pourtant de l'Alphabet, comme le *p* et trois autres qui nous sont difficiles à prononcer; mais ce ne sont pas, comme je dis, des lettres de l'Alphabet: de sorte que ceux qui le composent de plus que vingthuit lettres, se trompent et mal instruisent les autres; car on n'enseigne point ces quatre lettres aux enfans dans leur A. B. C. quoiqu'on les leur enseigne ensuite etc.„

Digitized by Google

que پرده *perdeh* velum, چشم *tſcheſchm* oculus. غلیواز *Galivaſch* accipiter, گاو *gau* (Germ. Kuh) bos, in libris manuſcriptis plerumque ſcribuntur پرده, چشم, غلیواز, گاو.

2) خ apud Arabes ſimillimum Germanorum *ch*, a Perſis appellari ſono Italorum *c* ante *a*, *o*, *u* ſimili CHARDIN et JONES auctores ſunt. خراسان igitur Perſae pronunciant *Coraſân;* quo fit, ut nonnumquam cum ک permutetur; خیان et کیان arcus. 4

3) Literae ث, س et ص apud Arabes valde diſſimiles a Perſis eodem plane ſono *s* efferuntur. Itaque عثر, عسر, عصر eodem omnes modo pronunciantur: *aſr.* 5

4) ض et ظ idem fere ſonus eſt, qui Arabum; at paulo fortior. حافظ, celeberrimi poetae nomen, رضوان beneplacitum, pronuncianda ſunt: *Hafiz*, *Rizvan*, ubi notandum eſt, z molliori Francogallorum et Britannorum ratione pronunciandum eſſe. 6 7

5) ذ et ز apud Perſas ita conveniunt, ut ſaepe confundantur. Ita promiſcue ſcribitur: گذشتن et گزشتن, *guzeſchthen* transire, آذربیجان et آزربیجان *Azerbeidſchan.* 7

6) ع, quod apud Arabes ſono τοῦ *n* Francogallorum in *mon*, *rien*, convenire dicunt, Perſis nihil eſt niſi *a* paulo productum. عرب effertur *Arab.* غ paulo fortiori quam گ ſono pronunciatur. غرجستان *Gordſcheſthan.* 8

7) ق et ک ſaepe confunduntur. Itaque e. g. promiſcue ſcribitur قهستان et کهستان. 9

Digitized by Google

10 8) ن ante ب pariter ut apud Arabes effertur ut *m.* دنبال *dumbâl* cauda. کنبد *kumbed* tholus, turris.

11 9) و inter خ et vocalem longam absorbetur. خوارزم quod Arabes Chowarezm appellant, a Persis enunciatur: *Carizm.* خواندن *cânden* legere, خواب *câb* somnus. خویش *kihsch* ipse. خویشاوند *kischavend* consanguineus. Ubi tamen duo ي concurrunt, exprimitur, ut خوییدن *cujiden* sudare. Post alias literas semper auditur: جوان *dschuwân* juvenis.

12 10) ه in fine vocum saepe cum sequentis vocis است in ي contrahitur. چیست pro چه است; نیست pro نه است; کیست pro که است etc.

13 Literae ث, ح, ص, ض, ط, ظ, ق, ع, غ in vocibus vere Persicis rarius quidem deprehenduntur, neque tamen (quod Guilielmus Jones opinatur) originem Arabicam semper produnt.

CAPUT II.

De vocalibus signisque orthographicis.

§. 1.

14 1) *Longarum vocalium* apud Persas signa sunt ا, و, ي *a*, *u*, *i*, quibus itidem ut consonantibus utuntur. آمادن parare, آموختن docere, آمیختن miscere pronunciantur: *amahden*, *amuhcthen*, *amihcthen.*

15 2) *Breves vocales* a Persis eadem, qua Arabes utuntur, ratione, notantur. بَ (زبر *zeber* supra, apud Arabes *Fatha*) *be*, بِ (زیر *zihr* infra, apud Ara-

Digitized by Google

Arabes *Kesre*) *bi*, بِ (پیش *pihſch* ante, apud Arabes *Damma*) *bu* *).

In ſyllabis, quae in conſonantes exeunt, *zeber* appellatur *e*, quod in omnibus ergo verborum infinitivis دَن et تَن fit, *zir* ut *i*, دِلْسُوزْ *dilſuz*, quae cor urit (puella).

3) Vocis prima vocalis brevis, quam alia vocalis brevis ſequitur, vulgo abſorbetur. گِرِسْتَن *griſthen* flere, گِرِفْتَن *griſthen* (German. *greifen*) capere. 16

4) Longae vocales ſaepe, inprimis a poetis, propter metri rationem, corripiuntur in breves. Ita ſaepe, pro رَاه, بُوبَن, دِيگَر, ſcribitur: رَه, بِدَن, دِگَر. 17

In libris manuſcriptis breves vocales raro notantur. Vocum appellatio igitur plerumque e lexicis petenda eſt. Inſignis autem in ſermone perſico pariter ac in ceteris linguis, vocum iisdem conſonantibus ſcriptarum in ſignificatione eſt diverſitas, pro diverſis quibus efferuntur vocalibus. Ita كِشْتَن eſt *feminare*, كُشْتَن *occidere*, رَفْتَن *venire*, رُفْتَن *verrere*. پَر *ala*, پُر *plenus*. 18

*) CHARDIN l. c. p. 147. „Ils apprennent ainſi à les „lire: *B* avec *zeber*, *Ba*; avec *zer*, *Bi*; avec *pich*, *Bou*; „et ainſi des autres lettres.„

Digitized by Google

§. 2.

Reliqua, quibus Persae utuntur, signa sunt: آ *Medda*, ◌ّ *Dschezm*, ◌ء *Hamza* et ◌ّ *Teschdid*.

19 1) *Teschdid* et *Dschezm* Persae eadem, qua Arabes, ratione adhibent, nisi quod ubi duae consonantes vocalibus destitutae concurrant, secundam solam Dschezmo notent. E. g. بُرْد tulit, بُرْد sollicitudo.

20 2) *Meddam*, qua ab Arabibus insignitur ا ante ء quiescens (عظماء), apud Persas ا habet in initio vocum, ad indicandum, hanc literam, quae sine Medda ut *a* breve pronuncianda est, valere *a* longum. آمدن *ahmuden* venire, آن *ahn* ille. Contra اسپ equus, pronunciatur *asp*. Nonnumquam etiam in media voce imponitur literis, quo indicatur, ا post illas elisum esse. Ita آگهي pro آگاهي.

21 3) *Hamzam* apud Persas ا non peculiarem habet, sed etiam ء in fine vocum sibi vindicat, quo indicatur ء cum ي pronunciandum esse. جامهٔ من *Dschamehi men* vestis mea, چشمهٔ *tscheschmehi* unus fons.

In vocibus arabicis etiam Persae literas و et ي Hamzâ insigniunt, qua indicatur, eas ex Elif Hamzato ortas esse. رؤس a رأس.

Caput III.

De Tono.

22 Hoc caput illis tractandum relinquimus, qui ab ipsis Persis persice legere et loqui didicerunt. Nos, quibus

Digitized by Google

bus Perſarum pronunciatio aeque incognita eſt, ac veterum Latinorum et Graecorum pronunciatio, nihil de tono praecipere poſſumus, niſi hoc unum, quod illi, qui Perſiam viderunt, teſtantur, Perſas plerumque ultimam vocum ſyllabam tono et accentu extollere.

* * *

Apponimus narratiunculam ex SADII celebratiſ- 23
ſimi Perſarum poëtae *Buſthan*, quae exercitationi in legendo inſerviat. SADI Works. Calcut. 1791. in folio, T. I. fol. 167. a.

يكي را زمردان روشن ضمير
امير ختن داد طاقي حرير
بپوشيد وبوسيد آنجا زمين
كه بر شاه عالم هزار آفرين
زشادي چو گلبرگ خندان شكفت
پس آنگاه نشنش ببوسيد وگفت

Jeki ra zimurdani ruſchen zamir
Emiri cothen dad taki herir
bepuſchid ubuſid ahndſcha zemin
keh ber ſchahi alem hezar ahferin
ziſchadi tſchu gulberk kendan ſchukufth
pes ahngah deſtheſch bebuſid uguſth

چه خوبست تشریف شاه ختن
وزان خوبتر زنده‌ء خویشتن
گر آزاده‌ء بر زمین خسپ وبس
مکن بهر قالی زمین بوس کس

tſcheh cubeſt theſchrifi ſchahi cothen
uzan cuhbther ſchendehi kihſchthen
ger aſadehi ber zemin keſp ubes
meken behr kali zemin buſi kes.

Uni ex prudentibus hominibus rex Chotheni dedit veſtem ſericam. Qua indutus is terram oſculatus eſt tanquam prae rege mille mundorum creatore. Prae laetitia pulcher effloruit inſtar folii roſae. Deinceps manum regis oſculatus: „Quam pulchra eſt, inquit, regis Chotheni veneratio, ſed illa pulchrior mea veſtis.„ Si liber es, pede terram pulſa, neque propter veſtem terram prae ullo oſculare.

Digitized by Google

PARS II.
DE PARTIBUS ORATIONIS.

In partibus orationis conſtituendis vulgarem ſequimur 24
rationem, quae octo enumerat: *Nomen ſubſtantivum*, *nomen adjectivum*, *Pronomen*, *Verbum*, *Adverbium*, *Praepoſitiones*, *Conjunctiones*, *Interjectiones*.

SECTIO I.
DE NOMINE SUBSTANTIVO.

CAPUT I.
De genere nominum ſubſtantivorum.

1) Perſae genera nominum terminatione non diſtin- 25
guunt, neque alia admittunt eorum genera niſi quae ipſa natura rebus, quas deſignant, tribuit. Itaque marium nomina ſunt maſculini, feminarum feminini, rerum neutrius generis.

2) In hominum autem et animalium nominibus 26
vel cuivis ſexui peculiare eſt nomen, ut پسر *puſr* puer, کنیزک *kenizek* puella, فرزند *ferzend* filius, دختر *Docther* filia, مرد *merd* vir, زن *zen* femina, *vel* ubi commune utrique ſexui nomen eſt, neque ex ipſa oratione genus nominis cognoſci poteſt, نر *ner* ad maſculinum, ماده *mahdeh* ad femininum genus deſignandum addunt, quae etiam, ubi cum nomine plurali conjuncta ſunt, nullam ſubeunt mutationem.

Digitized by Google

E. g. شیر *schir* commune leonis et leaenae nomen est. شیر نر autem *leonem*, شیران نر *leones*, شیر ماده *leaenam*, شیران ماده *leaenas* notat. Apud Ferdusium (Jones de P. A. p. 247):

زکوهر همه طوق شیران نر

Leonum monilia erant gemmea.

27 Neque ad exceptiones pertinet, quod in nominibus arabicis, quorum ingentem numerum Persae assumsere, terminatione diversa diversum rei significatae genus distingui solet, ö tamen feminina plerumque fere (non ubivis) in ت mutata. * معشوق amicus معشوقة s. معشوقت amica;

گل در بر ومي بر کف ومعشوقه بکامست

Flores sunt in sinu, vinum in manu, amica in pectore.

Etenim hoc ad Arabum, non ad Persarum Grammaticam pertinet.

CAPUT II.

De declinatione.

Persicorum nominum declinatio simplicissima est.

§. 1.

De numero.

28 1) Numerus exprimitur duplex, *singularis* et *pluralis*. *Duali* Persae carent.

29 2) Numerus *pluralis* duplici ratione notatur. In *rerum animantium*, hominum scilicet et animalium, nominibus adjecta syllaba ان, in rerum vita destitutarum

Digitized by Google

rum nominibus ſyllaba ها. E. g. مرد *merd* homo, مردان homines, مرغ *murg* avis, مرغان aves, دانشمند *Danuſchmend* eruditus, دانشمندان eruditi; خوان *kahn* menſa, خوانها menſae, روز *ruz* dies, روزها. Utraque ratio deprehenditur in hoc verſu:

شب تاریک وبیم موج وگردابی چنین هایل *
کجا دانند حال ما سبکباران ساحلها

Nox eſt obſcura, undarum ſtrepitus tremendus, abyſſus terribilis; qui poſſunt ſcire noſtram miſeriam illi, qui levia geſtant onera in litoribus.

Haud raro tamen iſtae terminationes promiſcue 30
et animantibus et inanimantibus tribuuntur. Sic a سخن *ſukun* verbum ſaepius reperitur سخنان quam سخنها, شتر cameli a شتر ſaepius quam شتران.

Eadem numeri indicandi ratio plerumque adhibetur 31
etiam in nominibus ex arabico ſermone aſſumtis. مورخ hiſtoricus مورخان hiſtorici; نعمت beneficium نعمتها beneficia.

Nonnumquam in nominibus arabicis etiam pluralis quem Arabum Grammatici *fractum* appellant, ſervatur. قلعة *arx* habet قلعها et قلاع.

3) Si nomen, quod in plurali ان aſciſcit, in ſin- 32
gulari per ا terminatur, propter euphoniam ی ante ا aſſumitur; دانا ſapiens دانایان ſapientes, توانا potens توانایان potentes.

4) Eandem ob cauſam nomina in ه *praevia vocali* 33
brevi exeuntia ante ان aſciſcunt ک, ه vel expreſſo vel omiſſo. بچه filius بچه گان ſ. بچگان filii.

Si

Digitized by Google

Si autem ه vocalis longa antecedit, a vulgari pluralis terminatione non diſceditur. بیکناه innocens, بیکناهان innocentes; پادشاه rex, پادشاهان reges.

34 5) Nomina in ه exeuntia, quorum pluralis adjecta ſyllaba ها formatur, ante illam plerumque ه ſuum amittunt. تارزیانه lorum, تارزیانها lora; میوه fructus, میوها.

Nonnumquam tamen ه ſervant. In Antholog. perſ. Vien. 1778 edita p. 6. legitur میوه های.

35 6) In nonnullis libris perſicis recentioribus e. g. in vita Nadir Schahi, quam GUIL. JONES gallice interpretatus eſt, pluralis ſaepe exit in ات, et ubi ſingularis per ه terminatur, in جات. نوازش blanditiae, نوازشات; قلعه *arx*, قلعجات *).

36 Omnes iſtae pluralium terminationes in nominibus compoſitis adjiciuntur extremae voci. Sic شکرلب (zuckerlippig) in plur. شکرلبان.

37 7) Nonnunquam Perſae etiam in *ſuis* dictionibus fractam pluralis Arabum formam imitantur. E. g. apud Dauletſchahum in vita Ferduſii legitur دهاقین pro دهقانان a دهقان ruſticus.

§. 2.

*) A Grammar of the perſian language by WILL. JONES p. 24.: „But theſe (terminations) muſt be conſidered „as barbarous and are a proof, that the late dreadful „commotions which have ruined the empire of the Per„ſians have begun to deſtroy even the beautiful ſimpli„city of their language.„

Digitized by Google

§. 2.

De casibus.

Persae unum tantum exprimunt casum, adjecta 38
syllaba را in utroque numero, qua idem notatur, quod in latina lingua duobus casibus, Dativo et Accusativo, indicatur. Itaque مرغرا s. مرغرا (a مرغ avis) designat *avi* et *avem*, مرغانرا s. مرغان را *avibus* et *aves*. خالرا s. خال را (a خال) *maculae* (*mouche* apud Gallos) et *maculam*, خالهارا *maculis*, *maculas*.

2) Hanc syllabam nonnisi ibi addunt, ubi res de- 39
finitur (quod nos articulo definito *der*, *die*, *das* exprimimus); omittunt autem, ubi in universum loquuntur. Itaque کنیزکی را دیدم *vidi puellam* (hanc vel illam) ich sah *das* Mägdchen; at *Bücher kaufen*, libros emere est نامه خریدن, ut in SADII versu Gulisth. ed. Gent. p. 298. ed. Calcutt. T. I. fol. ١٤١

هر که تیر از حلقهٔ انکشتری
بکذارد خاتم اورا باشد

Quicunque sagittam (*irgend* einen Pfeil) per anuli foramen trajecerit, illi sit anulus.

Attamen etiam in definita oratione haud raro را 40
omittitur, ut apud SADIUM in Gulisthano ed. Gent. p. 108. اگر این بنده بخواهي کشت *si hunc servum* occidere cupis pro بنده را, ubi editio Calcut. habet اگر مرا *si me* etc.

3) Ubi plura nomina a) sive *Genitivo*, b) sive 41
copula و, c) sive per *appositionem* conjuncta sunt, d) sive denique adjectivum substantivo additur, sola postrema vox habet syllabam را.

En

En exempla regulam illuſtrantia:

a) HAFIZ:

صبر کن حافظ بسختي روز وشب
تا بیابي منتهاي کامرا

Patienter perfer, o Hafiz, curas diuturnas et nocturnas, donec inveneris votorum expletionem.

b) Idem:

کر چه بد نامیست نزد عاقلان
ما نمي خواهیم ننگ ونامرا

Sit mala nobis apud ſapientes fama, nos neque nomen neque gloriam quaerimus.

c) d) SADII Guliſthan ed. Gentius p. 394.:

توانگري بخیل را پسري رنجور بود

Avari cujusdam divitis filius aegrotabat.

42 4) Nonnunquam caſus dativus et accuſativus notatur praepoſitâ nomini vocula مر, qua maxime uſus eſt auctor verſionis librorum ſacrorum v. T. in Bibliis Polyglottis Londinenſibus vulgatae ad exprimendam Hebraeorum particulam אֵת ut: مر اول افرید خدا مر ان آسمان وآن زمین

Neque tamen etiam Perſarum poetis ob ſermonis et puritatem et elegantiam celebratis, Sadium dico et Ferduſium, infrequens eſt uſus hujus particulae, cui etiam ſyllabam را adjungunt. SADI Guliſth. ed. Gent. p. 358. ed. Calc. T. I. fol. VI. یکي از امراء عرب مر اورا صد دینار بخشیده بود. Unus ex Emiris Arabicis centum denarios illi donaverat.

Idem

Digitized by Google

Idem in Kaſideh quadam (Anthol. Perſ. Vienn. 1778. p. 50.):

مکن که خیف بود دوست بر خود آزردن
علي الخصوص مرین دوست را که ثاني نیست

Ne committe, ut amicum a te offenſum dolere debeas, inprimis illum, qui nemini ſecundus eſt.

ubi مر cum این in unam vocem eſt contractum, et in ſexcentis aliis locis. FERDUSI in Satira in Regem Mahmudem, cujus partem vulgavit Jones in Hiſtory of the perſian language:

خرد نیست مر شاه محمودرا

Omnis liberalitatis expers eſt rex Mahmud.

5) Nonnunquam Dativus praepoſitionibus ب 43
ſ. به et با exprimitur. باو دادم ſ. به او دادم illi dedi. با او گفت dixit illi.

6) Genitivum caſum plane ut Hebraei, non in 44
nomine recto, ſed in regenti Perſae exprimunt, ſonum *i* (quem اضافة *Izafat* eorum grammatici appellant) nomini regenti addentes, quem recitando ſemper, ſcribendo rarius notant. Itaque مهمان پیري بودم pronunciandum eſt: *Mehmani piri budem*, fui hoſpes ſenis cujusdam.

Ubi autem in ſcribendo hic ſonus notatur, du- 45
plici hoc fit ratione:

a) adjecta ي in omnibus vocabulis, quae non in ه cum vocali brevi exeunt, inprimis in illis, quae vocali clauduntur. بوي مشک fragor Muſci a بو. Idem igitur fit in pluralibus, quae per ها for-

Digitized by Google

formantur. میوهای آن درخت *maiwehai ahn direkt*, fructus illius arboris.

b) per ع five ع in vocibus in ه cum vocali brevi terminantibus خانهٔ دوست من f. خانهٔ *kanei dusthi men*, domus amici mei.

Quae autem ante ه vocalem longam habent ad ſuperiorem pertinent regulam. پادشاه شهر *padiſchahi ſchehr* rex urbis. کوه زمین *kuhi zemin* mons regionis.

46 7) Genitivum Perſae nonnunquam exprimunt praepoſitione از. نامهٔ از من liber meus.

47 8) Eadem cum aliis quibusdam praepoſitionibus ut به, بر, inſervit ad ſignificandum Latinorum caſum ablativum.

48 9) Vocativus caſus plerumque exprimitur praepoſita nomini conjunctione ای. ای پدر o pater.

A poetis Vocativus ſingularis ſaepiſſime formatur ا nomini adjecto: جانا o anima apud Hafizium:

نصیحت گوش کن جانا که از جان دوستتر دارند

جوانان سعادتمند پند پیر دانا را

Attende, o anima, ad admonitionem; etenim anima carius habent juvenes ingenui conſilium ſenis ſapientis.

* Idem in alio carmine:

بلبلا مژدهٔ بهار بیار

خبر بد بموم باز بگذار

Affer, o luſcinia, veris nuncium; infauſtos nuncios linque ululae.

10) En

Digitized by Google

10) En nominis Persici ad latinae grammaticae 49
rationem flexi paradigmata:

I.

سگ *canis.*

Sing.

Nom.	سگ	canis.
Gen.	سگ	canis.
Dat.	سگرا	cani.
Acc.	سگرا	canem.
Voc.	اي سگ	o canis.
	poetice سگا	
Abl.	سگ (بر, به) از	cane.

Plur.

Nom.	سگان	canes.
Gen.	سگان	canum.
Dat.	سگانرا	canibus.
Acc.	سگانرا	canes.
Voc.	اي سگان	o canes.
Abl.	سگان (بر, به) از	canibus.

Digitized by Google

فرستاده *legatus.*

Sing.

Nom.	فرستاده	legatus.
Gen.	فرستاده	legati.
Dat.	فرستاده را	legato.
Acc.	فرستاده را	legatum.
Voc.	اي فرستاده	o legate.
Abl.	فرستاده (بر, به) از	legato.

Plur.

Nom.	فرستادگان	legati.
Gen.	فرستادگان	legatorum.
Dat.	فرستادگان را	legatis.
Acc.	فرستادگانرا	legatos.
Voc.	اي فرستادگان	o legati.
Abl.	فرستادگان (بر, به) از	legatis.

Digitized by Google

II.

دَرْوَازْ *porta.*

Sing.

Nom.	دروازْ	porta.
Gen.	دروازْ	portae.
Dat.	دروازرا	portae.
Acc.	دروازرا	portam.
Voc.	اي دروازْ	o porta.
poet.	دروازا	
Abl.	دروازْ (بر , به) از	porta.

Plur.

Nom.	دروازها	portae.
Gen.	دروازها	portarum.
Dat.	دروازهارا	portis.
Acc.	دروازهارا	portas.
Voc.	اي دروازها	o portae.
Abl.	دروازها (بر , به) از	portis.

Digitized by Google

پښتنه *collis.*

Sing.

Nom.	پښتنه	collis.
Gen.	پښتنه	collis.
Dat.	پښتنه را	colli.
Acc.	پښتنه را	collem.
Voc.	اي پښتنه	o collis.
Abl.	له (به, بر) پښتنه	colle.

Plur.

Nom.	پښتنها	colles.
Gen.	پښتنها	collium.
Dat.	پښتنهارا	collibus.
Acc.	پښتنهارا	colles.
Voc.	اي پښتنها	o colles.
Abl.	له (به, بر) پښتنها	collibus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT III.

De articulo.

Perſarum ſermoni unitatis tantum eſt articulus, quem 50
ſignificat ſono ي (quem ita uſurpatum Grammatici
ي تنكير ſ. ي وحدة appellant) voci addito.
Hoc ي pariter atque ي Genitivi in nominibus in ه
cum antecedenti vocali brevi exeuntibus per ـ ſ. ـ, in
caeteris omnibus adjecto ي notatur. Itaque verba:
پادشاهي بكشتن بيكناهي فرمان داد accura-
tiſſime gallice redduntur: „*Un roi* donna ordre de
tuer *un innocent.*„ Similiter كربهٔ ſ. كربه
خانهٔ ſ. از خانه بيرون رفت: *Un chat* ſortit *d'une*
maiſon, quibus in exemplis voces پادشاه, بيكناه,
كربه et خانه articulo auctae deprehenduntur. Si-
mili ratione in verſu a *Guilielmo Jones* excitato:

* رفتم بباغ صبحدمي تا چينم گلي
آمد بگوش ناگهم آواز بلبلي

Lorsque je vins *un matin* dans le jardin, pour
cueillir *une roſe*,
ſoudain le chant *d'un roſſignol* frappa mon oreille.

Articuli demonſtrativi locum tenent pronomina آن 51
ille, *illa*, *illud* et اين *hic*, *haec*, *hoc*.

Ubi autem neque his pronominibus, neque uni- 52
tatis articulo nomina gaudent, oratio plerumque eſt
indefinita, ut:

* مي خواه وگل فشان كن

Demandez *du vin* et repandez *des fleurs!*

ubi notandum eſt, nomen indefinitae ſignificationis 53
ſemper in numero ſingulari poni.

Digitized by Google

SECTIO II.

DE NOMINE ADJECTIVO.

54 1) Adjectiva, ubi cum ſubſtantivis junguntur, neque generis neque numeri ſubeunt mutationem; quoniam autem ſubſtantivis poſtponuntur, ſyllabam caſualem را ſibi vindicant (cf. 39.). Itaque dicitur پیل بزرک magnus elephas, پیلان بزرک, پیلان بزرکرا, بزرکرا. Item کنیزک بزرک magna puella etc.

55 Nomen ſubſtantivum, cui adjectivum additur, in fine augetur ſono ي, nonnumquam expreſſo, plerumque omiſſo. Itaque pronunciandum eſt: *Pili buzurk*, *Pilani buzurk* etc. Ubi ſcribitur, eadem obſervatur lex, quae ſupra (S. I. C. II. §. 2. n. 6.) dicta eſt. Itaque legitur سخنهای شیرین *verba dulcia*, چشمهٔ f. چشمه *fons frigidus*. سبز *sebz*

56 2) Ubi autem ſubſtantivorum loco adhibentur adjectiva, easdem plane, quas nomina vere ſubſtantiva, ſubeunt numeri et caſus mutationes. بزرک magnus, بزرکان magni (ſc. homines). صاحبدل cordatus (homo), صاحبدلان.

فرومانند پری رویان زآن عارض*
خجل کشتند سمن بویان زان کاکل

Virgines angelorum pulchritudinem referentes invidia exarſerunt propter harum genarum ſplendorem, virgines Jasmini odorem diffundentes propter hos cincinnos.

57 3) Solis mutationibus, quae ex gradibus comparationis oriuntur, adjectiva ſunt obnoxia; ita quidem,

Digitized by Google

dem, ut a positivo *comparativus* adjecto تر, (ut apud Graecos τερος), *superlativus* adjecto ترين formetur:

بَه *) bonus, بَهْتر **) melior, بهترين optimus.

كُوچَك parvus, كوجكتر minor, كوجكترين minimus.

خُوب pulcher, خوبتر pulchrior, خوبترين pulcherrimus.

Utraque terminatio in scribendo saepe ab adjectivo separatur خوب تر, خوب ترين.

Ad designandam rerum comparatarum inferiorem Persae utuntur particulis از sive praefixo ز et كه. 58

بياض روي تو روشنتر از رخ روز*
سواد زلف تو تاريكتر از ظلمت داج

Candor faciei tuae splendidior gena diei; nigredo cincinnorum tuorum obscurior tenebris noctis.

ماه نيكوست ولي روي تو زيبتر ازوست*
سرو دلجوست ولي قدّ تو دلجوتر ازوست

Luna est splendida, verum tua facies est splendidior illa; cypressus est jucunda aspectu, verum tuus habitus est jucundior illa.

*) Notandum est, به etiam comparativam vim habere. Sadi Gulisth. ed. Gent. p. 484. چون در ايد به از تويي در سخن si quis praestantior te sermonem exorditur. ib. p. 42. etc.

**) Memorabilis cum German. *besser*, apud Germanos septemtrionales *beter*, convenientia.

Digitized by Google

SADII Gulisth. ed. Gent. p. 138.

اگر روزي بدانش بر فزودي
زنادان تنگ روزيتر نبودي

Si aliquando scientia auctus fueris, inopior non eris insipido.

IDEM ib. p. 194.

صبر درويش به كه بذل غني

Pauperis patientia praestat liberalitati divitis.

SECTIO III.

DE PRONOMINIBUS.

§. 1.

59 A. *Pronomina personalia.*

Sing.

من *ego*, Dat. et Acc. مرا

تو *tu*, — — ترا

أو, اوي, وي *ille*, — — اورا

Plur.

ما *nos*, Dat. et Acc. مارا

شما *vos*, — — شمارا

آيشان *illi*, — — ايشانرا

60 1) Apud poetas pro شما saepe reperitur تان, تانرا pro ايشان, شان, شانرا.

همبرفتم وكوفتم مغز شان *)
تهي كردم از پيكر نغز شان

Veni atque fregi earum galeas, deformes reddidi earum facies.

2) Ea,

*) FERDUSI. Jones de poes. As. p. 296.

Digitized by Google

2) Ea, quae ab ا incipiunt pronomina, ubi praepositio ب illis praefigitur, ad evitandum hiatum assumunt, literam ن; elisō ا, بَدُو in illo, بَدِيشَان in illis. Haud raro tamen etiam legitur بَاوُي, بُوُي, بَايشَان. 61

3) Eadem pronomina etiam post alias praepositiones ا nonnumquam abjiciunt. دُرُو in illo, كَرِيشَان in illis, ازو ab illo, ازِيشَان ab illis. 62

4) pro اُو post praepositiones maxime adhibetur اوي et وي, ut in Ferdusi versu: 63

جون شاه جهاندار بنهود روي*
زمينرا ببوسيد وشد پيش اوي

Quum orbis terrarum rex faciem ostenderet, ille terram osculatus est et ad eum processit.

Utraque forma etiam sine praepositione usurpatur Antholog. Pers. Vien. p. 80. وي از طوس است Is Tusi natus est.

5) Casus obliqui pronominum personalium singularis numeri مرا, ترا, اورا saepe exprimuntur appensis م, ت, ش, illi quidem voci, quam ex Syntaxeos legibus Accusativus vel Dativus sequi potest. 64

Ita Hafiz:

راهيست راه عشق كه هيچش كناره نيست

Via amoris est via, cui terminus non est.

ubi هيچش est pro اورا هيچ.

Digitized by Google

Idem:

بمي سجاده رنكين كن كرت پير*
مغان كويد
كه سالك بيخبر نبود زراه ورسم منزلها

Stragulam precatoriam vino tinge, si jusserit te festivitatis magister; qui enim iter facit non ignarus est morum in hospitiis observandorum,

ubi كرت pro كر ترا positum esse videmus.

Idem:

خوشا شيراز ووضع بي مثالش*
خداوندا نكه دار از زوالش

Fausta apprecor Schirazo atque incomparabili ejus terrae; o Deus serva illam a pernicie,

ubi زوالش est pro زوال اورا.

Post voces ~~in ا et~~ in ه praevia vocali brevi desinentes inde fit ام, ات, اش; quae in ا desinunt, nonnumquam, in و exeuntes fere semper, interponunt ي.

65 6) Secundae personae pronomen, ubi illud verbum است sequitur, plerumque cum illo contrahitur e. g. apud Mirchondum in vita Mamuni Chalifae (Cod. Bibl. regiae Hannov.) فلانكس كه دوست من وتست quidam, qui et meus et tuus amicus est, pro تو است.

§. 2.

B. *Pronomina possessiva.*

66 1) A Persis Pronomina personalia etiam adhibentur ut possessiva; et ita quidem nomini adduntur, ut illud cum ي Izafeth pronuncietur:

دل

Digitized by Google

دِلِ مَن *deli men* cor meum. دِلّهاي مَا cor-da noſtra.

دِلِ تُو *deli thu* cor tuum. دلهاي شما cor-da veſtra.

دِلِ اُو *deli u* cor ſuum. دلهاي ايشان (شان) cor-da eorum.

نامهٔ اُو, نامهٔ تو, نامهٔ مُن, Liber meus, tuus, ſuus etc.

2) Poſſeſſiva ſingularis numeri exprimuntur etiam 67
ſuffixis nomini م, ت, ش, eadem lege, quae ſuperiore §. n. 5. dicta eſt. Itaque

دلُم cor meum, دلُت cor tuum, دلُش cor ſuum.

خانهٔ اُم domus mea, خانهٔ اَت domus tua, خانه اَش domus ſua.

مويم (a مو) crinis meus, مويت crinis tuus, مويش crinis ſuus.

Notandum eſt, nominum quibus haec ſuffixa ſunt, caſus obliquos ſyllaba را ~~haud~~ notari. Hujus rei exemplum conſpicitur in priore verſu exempli in ſup. §. n. 5. tertio loco citati, ubi وضع بي مثالش eſt pro وضع بي مثال اورا. ~~Dici non poteſt~~ مثالشرا.

§. 3.

C. *Pronomina reciproca* Perſarum ſunt: 68

خُود ſive خودش Caſus obl. خودرا

خويشتنرا — — خويشتن ~ خويش ~ خوي

quae ad omnes utriusque numeri perſonas pari jure pertinent.

Ita-

Digitized by Google

Itaque من خود ego ipse, تو خود tu ipse, او خود ille ipse, ما خود nos ipsi, شما خود vos ipsi, ایشان خود illi ipsi.

دانی چه گفت مرا آن بلبل سحری*
تو خود چه آدمی کز عشق بیخبری

Noviſtine quid mihi dixerit illa luſcinia noctuma: „Qualis tu es homo, inquit, qui amoris ſis expers?„

ubi خود abundare videtur.

69 Eadem evadunt etiam poſſeſſiva, ſi junguntur cum nomine ſubſtantivo. Itaque دل خود *deli kud* eſt: meum, tuum, ſuum ipſius, noſtrum, veſtrum, eorum ipſorum *cor*. خانهٔ خویشتن eſt mea, tua ipſius etc. domus.

§. 4.

70 D. *Pronomina demonſtrativa:*

این hic, haec, hoc, hi, hae, haec.
آن ille, illa, illud, illi, illae, illa.

71 Horum pronominum eadem eſt ratio, quae adjectivorum. Ubi enim cum nomine ſubſtantivo junguntur, neque caſus neque numeri experiuntur mutationem, این دل (آن), این دلرا, این دلها, این دلهارا.

72 Ubi autem ſine ſubſtantivis ponuntur, pariter atque in illis, et caſus et numerus exprimitur:

Sing.

Digitized by Google

Sing.

اين Caſ. obl. اينرا

آن — — آنرا

Plur.

اينان, اينها Caſ. obl. اينانرا, اينهارا

آنان, آنها — — آنانرا, آنهارا

1) Pronomina demonſtrativa cum perſonalibus juncta et per Izafeth pronunciata, formant pronomina poſſeſſiva abſoluta, آن من *ani men*, le mien, آن تو *ani thu*, le tien etc. آن خود *ani kud*, le propre (*der eigene* apud Germanos). 73

2) Demonſtrativa, ubi praepoſitio ب praefigitur, euphoniae cauſa plerumque aſſumunt د, et اين ſuum ا abjicit. بدين *in hoc*, بدان *in illo*. اين etiam poſt ceteras praepoſitiones ا plerumque elidit. بدين *in hoc*, ازين *ab hoc*. 74

3) اين cum nomine ſuo in ſcribendo nonnumquam conjungitur اينزمان hoc tempore. Id cum fit, nonnumquam contrahitur in اِمّ, praeſertim ante nomina روز *dies*, شب *nox*, سال *annus*. اِمّروز *hodie*, اِمّشب *hac nocte*, اِمّسال *hoc anno*. 75

تعالي الله چه دولت دارم امشب*

كه آمد ناكهان دلدارم امشب

O Deus, qua felicitate poſitus ſum hac nocte, amica enim mea praeter ſpem advenit hac nocte.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5.

76 E. *Pronomina relativa* Perſis ſunt كه *keh*, quod plerumque ad *res animatas* et چه *tſcheh*, quod ad *inanimatas* refertur. Haec autem diſtinctio non ubique obſervatur.

77 1) Utrumque, neque a numero, neque a genere nominis relati, ullam patitur mutationem; in caſu autem obliquo ut ſubſtantiva adſciſcunt را, a plerumque extruſo

كه qui, quae, quod; Caſ. obl. كرا

چه — — — — — چرا.

78 2) Plerumque tamen, ubi caſus eſt exprimendus, additur pronomen perſonale, cui ſyllaba را appenditur, pariter ut ab Hebraeis ſuo אשר et Arabibus ſuo الذي.

آن مرد كه ديدم اورا

הגבר אשר ראיתי אתו

الانسان الذي رأيته

Homo quem vidi.

SADI Gulisth. ed. Gentius p. 198. تو آن قيستي كه پدر من ترا از قيد فرتكى بده دينار بازر خريد esne ille, quem pater meus decem denariis ex vinculis Fertheki redemit?

79 Etiam ubi ad plurale nomen pertinet, plerumque ſequitur pronomen perſonale. Ferduſi (Jones de poeſ. Aſ. p. 296.)

سپاهي كه سكسار خوانند شان

Exercitus, *quem* Sekſar appellant.

Non-

Digitized by Google

3) Nonnumquam poſt pronomen relativum, perſonale plane abundat. *Pendi Attar* (Antholog. Perſ. Vien. p. 58.) باشد از وي دور هر كو عاقلست ab illo ſe removeat quicumque ſapit, ubi كه او in كو contractum deprehenditur. 80

4) Ad Latinorum *quicunque* exprimendum adhibentur هر et (addito pronomine demonſtrativo آن) هران, quae τοις كه et چه praeponuntur. 81

هركه, هرانكه quicumque, quaecumque.

هرچه, هرانچه quodcumque.

§. 6.

F. *Pronomina interrogativa.*

Relativa كه et چه etiam interrogando inſerviunt. Illa cum verbo است plerumque contrahuntur in كيست, چيست, quis, quae, quid eſt. 82

يا ربّ آن شاهوش ماه رخ زهره جبين*
در يكتاي كه وكوهر يكدانه كيست

Bone Deus, illa puella, cui ſunt genae inſtar lunae, frons inſtar Veneris, unio precioſa, gemma inaeſtimabilis, quaenam eſt?

Eſt tamen pronomen, quod peculiariter interrogando inſervit, كُدام perſonis et rebus commune. SADI in قصايد ed. Calcut. T. II. fol. ٢٣٩ a. 83

خدايرا

خدایرا بتوں فضلي کہ در جہان دارد
کدام شکر توان کفت در مقابل آن

Quis Deo dignas poteſt agere gratias pro iis, quae in hoc mundo in te confert, beneficiis?

میخوارہ وسر کشتہ ورندیم ونظرباز*
وآنکس کہ چنین نیست در این شہر کدامست

Vini ſumus amantes, temulenti, diſſoluti, oculis inconſtantibus; ſed quisnam in hac urbe eſt ab hoc crimine immunis?

84 Ad pronomina interrogativa referri poſſunt particulae interrogativae: چرا (caſ. obl. چہ) *cur*, کجا (کہ جا), کو ubi.

SECTIO IV.

DE VERBO.

CAPUT I.

Canones generales.

85 1) Omnium verborum apud Perſas infinitivus, quem temporum verbi fontem, مصدر Grammatici appellant, terminatur vel in یدن vel in دن vel in تن, unde naſcuntur tres flexionis rationes; رسیدن *advenire*, نگاریدن *pingere*, زدن *percutere*, خواندن *legere*, شکفتن *florere*, رفتن *venire*.

Verus

Digitized by Google

Verus autem temporum fons est tertia praeteriti Infiniti persona, pariter ut apud Hebraeos, Arabes, Syros etc.

Convenit ea cum apocopata Infinitivi forma, quae ن rejicit, post verbum auxiliare خواهيدن ut خواهم رسيد *venturus sum*, et verba impersonalia adhiberi solita.

2) Verborum alia sunt *activa* s. *transitiva*, alia *neutra* s. *intransitiva*. Haud paucis verbis et transitiva et intransitiva significatio simul competit, quarum utra valeat, ex solo orationis contextu cognoscitur. خستن *vulnerare* et *vulnerari*, امادن s. امودن *parare* et *parari*, كشادن *aperire* et *aperiri*, شستن *lavare* et *lavari*, ut apud Ferdusium 86

كه زنكي به شستن نكردد سپيد

Aethiops *lavando* non fit albus.

et alia multa.

3) Auxiliaria verba Persis sunt بودن *esse* ad formanda Activi tempora composita, شدن *fieri* ad formandum Passivum et خواهيدن (μελλειν) *cupere* ad formanda futura composita. 87

4) Flexionis omnium temporum norma est flexio *verbi substantivi*: 88

	Sing.		*Plur.*
1.	ام (ειμι) sum,	1.	ايم sumus,
2.	اي (ει) es,	2.	ايد estis,
3.	است (εστι) est,	3.	اند sunt.

Digitized by Google

nisi quod in tertia singularis persona pro ست est د, exceptis eorum verborum, quorum infinitivus per تن formatur, praeteritis ت habentibus, ut شکفت *floruit*, a شکفتن, رفت *venit* a رفتن.

89 Idem verbum substantivum cum substantivis et adjectivis in scribendo plerumque conjungitur:

Sing.

پیرم pro پیر ام *senex sum*,
پیری — پیر ای *senex es*,
پیرست — پیر است *senex est*.

Plur.

پیریم — پیر ایم *senes sumus*,
پیرید — پیر اید *senes estis*,
پیرند — پیر اند *senes sunt*.

90 Etiam cum pronominibus personalibus pari ratione: منم *ego sum*, توئی *tu es*, اوست s. ویست *ille est*, مائیم *nos sumus*, شمائید *vos estis*, ایشانند *illi sunt*.

Caput II.

De verbi Persici temporibus et modis.

§. 1.

91 Quum omne quod fit, agitur, geritur, possit cogitari et ut inchoatum et ut absolutum et ut futurum, triplex inde exiftit verborum (sive actionum, quas indicant) tempus, *praesens* s. *instans*, *praeteritum* et *futurum*. Horum temporum porro duplex est ratio. Sunt

Digitized by Google

Sunt enim *finita* ſive *infinita* (χρονοι αοριϛοι) *). Scilicet res poteſt eſſe praeſens *vel* ſine ulla relatione ad rem aliquam ſive praeſentem ſive inſequentem, ſive praeteritam, unde exiſtit *praeſens infinitum*, ut.: *Avarus, niſi cum moritur, nil recte facit; vel* in relatione ad rem alteram ſive praeſentem ſive praeteritam ſive inſequentem, unde naſcitur triplex praeſens finitum, *praeſens* verbi *infecti* ſ. *continuativum*, *praeſens* verbi *perfecti* ſ. *completivum*, *praeſens* verbi *futuri* ſ. *inceptivum*. Similiter praeteritum et futurum. Inde exiſtunt duodecim verbi tempora, tria *infinita*, novem *finita* **).

Habet autem Perſarum lingua cum aliis omnibus 92
hoc commune, quod non omnia haec tempora peculiaribus verbi formis notet, ſed alias habeat verbi formas finitis et infinitis temporibus communes, alias verborum auxiliarium ope formet. En verbi perfici tempora ad regulas modo traditas tabulâ comprehenſa et cum verbi graeci, latini et germanici temporibus comparata.

*) Finita tempora rectius appellantur: *tempora conjunctiva*; infinita: *abſoluta*.

**) Accuratius haec res, cujus fuſior explicatio ad nos hoc loco non pertinet, expoſita eſt, in HARRIS Hermes Book I. C. 7. quocum conferendus eſt REIZ de temporibus et modis verbi graeci et latini. P. I. Lipſ. 1766. 4.

Digitized by Google

	Infiniti	Infecti	Perfecti	Futuri
PRAESENS.	(مي) پرسم ἐρωτῶ	(مي) پرسم ἐρωτῶ (τυγχάνω ἐρωτων)	پرسيده ام ἠρωτηκα	خواهم پرسيد μελλω ἐρωτᾷν
	interrogo *ich frage.*	interrogo *ich frage.*	interrogavi *ich habe gefragt.*	interrogaturus ſum *ich werde fragen.*
PRAETERITUM.	پرسيدم ἠρωτησα	ميپرسيدم ἠρωτων	پرسيده بودم ἠρωτηκειν	خواهيدم پرسيد ἐμελλον ἐρωτᾷν
	interrogavi *ich fragte.*	interrogabam *ich fragte.*	interrogaveram *ich hatte gefragt.*	interrogaturus eram *ich wollte fragen.*
FUTURUM.	بپرسم ἐρωτησω	بپرسم ἐρωτησω	پرسيده باشم ἐρωτηκως ἐσομαι	بخواهم پرسيد μελλησω ἐρωτᾷν
	interrogabo *ich werde fragen.*	interrogabo *ich werde fragen.*	interrogavero *ich werde gefragt haben.*	interrogaturus ero *ich werde fragen wollen.*

Patet

Digitized by Google

Patet ex hoc ſchemate, duo tantum Perſis pariter 94
ac Germanis eſſe verborum tempora ſimplicia, prae-
ſens nempe infectum et praeteritum infinitum پرسم
ich frage, پرسیدم *ich fragte;* cetera tempora ab il-
lis formari vel praepoſitis ſive مي (همي *)) ſive ب,
vel verborum auxiliarium ope.

Modi Perſis ſunt: *Indicativus* ſ. *Declarativus*, 95
Subjunctivus, *Potentialis* ſ. *Optativus* unius tantum
temporis, et *Imperativus*. Praeterea *Infinitivus* et
participia praeſentis et praeteriti temporis.

§. 2.

Temporum et modorum formatio.

A tertia Praeteriti infiniti perſona, quam ſupra 96
(C. I. §. 1. nr. 2.) omnium temporum fontem eſſe
diximus, tempora ſimplicia ita derivantur.

A. Praeteritum infinitum ab illa for- 97
matur aſſumtis perſonarum terminationibus. A
رسید *venit* fit رسیدم *veni*, *ich kam*, شکفت
floruit شکفتم *florui*, *ich blühte*.

In tertia perſona ſingularis ſaepe ه addi- 98
tur, رسیده *venit*, شکفته *floruit*. Etiam
ب nonnumquam praefigitur, quod ſignifica-
tionem non immutat, et euphoniae tantum
inſervire videtur, ut بنالید, بنالیدم *la-
mentatus ſum*, *eſt*.

*) Grammatici Perſarum hoc ه quo مي augetur تاکید ه
he intenſivum appellant. Reviczky Spec. poeſ. Perſ.
p. 140.

Digitized by Google

A *Praeterito infinito* fit

99 a) *Praeteritum infectum* praepoſito مي ſ. همي ميرسيدم *veniebam, ich kam.* In tertia perſona et ſingularis et pluralis etiam ſine مي addito tantum ي, رسيدي, رسيدندي *veniebat, veniebant.*

100 In tertia ſingularis perſona etiam reperitur additum ه, ميشكفته *florebat.*

101 b) *Tempus optativum* appoſito ي, quod tamen in ſecunda ſingularis perſona abjicitur. رسيدمي *venirem, ich möchte kommen;* شكفتمي *florerem, ich möchte blühen.*

102 B. PARTICIPIUM PRAETERITI aſſumto ه, رسيده *gekommen ſeyend,* شكفته *geblühet habend;* quod idem et activae et paſſivae ſignificationis eſt, ut پرسيده *interrogatus, gefragt.*

Ab illo formatur

103 a) *Praeſens perfectum Indicativi*, aſſumto verbo ſubſtantivo, رسيده ام *ich bin gekommen, veni,* شكفته ام *florui, ich habe geblüht.*

104 Etiam huic tempori nonnumquam مي et همي praeponuntur, ſed ſine ulla, ut videtur, ſenſus mutatione: ميكفته اند *dixerunt, ſie haben geſagt,* quod ſaepius occurrit inprimis in Dauletſchahi hiſtoria poetarum perſicorum, nec non apud Mirchondum e. g. in Hiſtoria Samanidarum p. 10.

b) *Prae-*

Digitized by Google

b) *Praesens perfectum Subjunctivi* assumto Prae- 105
senti Subjunctivi verbi aux. بودن, باشم رسیده
venerim, *ich sey gekommen.*

c) *Praeteritum perfectum* assumto Praeterito in- 106
finito verbi بودن, بودم رسیده *veneram*, *ich war gekommen.*

d) *Futurum perfectum* assumto Futuro verbi بودن, 107
باشم رسیده *venero*, *ich werde gekommen seyn.*

e) *Omnia passivi tempora*, assumtis verbi auxilia- 108
ris شدن temporibus. میشوم پرسیده *interrogor* etc.

C. IMPERATIVUS, in verbis regularibus abjecto 109
ید, د et ت; رس *veni;* a نالیدن, نالید *lamentatus* est, fit نال *lamentare;* a بردن, برد *tulit*, fit بر *fer;* a کشتن, کشت *occidit*, کش *occide.* Plerumque Imperativo praefigitur ب, برس *veni*, بنال *lamentare* etc.

In Imperativo et iis, quae ab illo deri- 110
vantur temporibus sola est verborum irregularium ἀνομαλία. Quare, ubi Imperativum cognoveris, facillime cetera irregularis verbi tempora formabis.

Ab *Imperativo* formatur

a) *Praesens* et Indicativi et Conjunctivi, assum- 111
tis personarum terminationibus; ubi tamen notandum est, praesens Indicativi plerumque می s. مي praefixum habere, neque tamen semper. رسم et میرسم *venio*, رسم *veniam.*

Digitized by Google

Ab illo derivatur

112 *Futurum infectum* praefixo ب, برسم *veniam, ich werde kommen*, quod ب haud raro omittitur.

113 b) *Participium praesentis*, triplici quidem ratione

114 1) assumto ا. رسا *veniens*, نالا *lamentans.*

115 In nominibus compositis hoc ا abjicitur, adeo ut hoc participium apocopatum Imperativo plane simile fiat, ut گيتي افروز pro افروزا *mundum inflammans.* پيغمبر *legatus* pro برا. Nonnumquam etiam haec apocopata forma simpliciter occurrit, ut apud Dschelal eddin Rumi in versu, quem infra in Sectione de Interjectionibus citabimus.

116 2) assumto ان. رسان *veniens*, نالان *lamentans.*

117 3) assumto ىده (plane ut Germanorum *nd* in lebend). رسنده *veniens*, نالنده *lamentans.*

118 D. Ad verbi futuri praesens, praeteritum et futurum formandum adhibentur verbi خواهيدن f. خواستن μελλειν, tempus praesens, praeteritum infinit. et futurum, cum infinitivo apocopato conjunctum, quod ex paradigmate intelligi licet.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3.

Paradigmata Verborum auxiliarium. 119

I. بودن Imp. بو f. باش

ad formanda compoſita Activi tempora.

(A) *Praeſens infin. et infect.*

Indicat.		*Subjunct.*	
Sing.		*Sing.*	
1. ام	*em* ſum,	بوم *buwem* f. باشم	*baſchem* ſim,
2. اي	*i* es,	بوي *buwi* f. باشي	ſis,
3. است	*eſt* eſt.	بود *buwed* f. باشد	ſit.
Plur.		*Plur.*	
1. ايم	*ihm* ſumus,	بويم *buwim* f. باشيم	ſimus,
2. ايد	*ihd* eſtis,	بويد *buwid* f. باشيد	ſitis,
3. اند	*end* ſunt.	بوند *buwend* f. باشند	ſint.

Aliud Praeſens Indic. a verbo هستن derivatum.

Sing.	
هستم	*hesthem* ſum,
هستي	es, *hesthi*
هست	eſt. *hesth*

Tertium Praeſens Indicativi *).

Sing.	
ميباشم	ſum, *mibaschem*
ميباشي	es,
ميباشد	eſt.

*) Hoc praeſens, quod rarius deprehenditur, eamque ob cauſam a prioribus grammaticis omiſſum eſt, bis occurrit in MIRCHONDI Hiſtoria Samanidarum p. 42.

كه بدرت حاكم نيشابور ست ودر آنجا
كوزهاي خوب ميباشد چرا نميفرستند

Idem paulo infra.

Digitized by Google

Plur.	*Plur.*
هستيم fumus,	ميباشيم fumus,
هستيد eſtis,	ميباشيد eſtis,
هستند ſunt.	ميباشند ſunt.

است, ubi negatio نه accedit, plerumque effertur نيست *non eſt.* Item هستم cum negatione contrahitur in نيستم, نيستي *non ſum, non es* etc.

A Poetis Praeſens Subjunctivi بوم, بوي, بود etc. maxime tertia Perſona ſingularis haud raro indicative uſurpatur. Ita Hafez:

ترک ترکان خطا نبود صواب

Non decet relinquere formoſas puellas Chataicas.

Alius poëta (Jones de poeſ. Aſiat. p. 199.)

آن بلا نبود که از بالا بود

Haec aerumna non eſt, quae a ſuperis venit.

Praeſens perfectum.

Indicat.	*Subjunct.*
Sing.	*Sing.*
ام بوده *budeh em* fui,	باشم بوده fuerim,
اي بوده f. ٤ بوده fuiſti,	باشي بوده fueris,
است بوده fuit.	باشد بوده fuerit.
Plur.	*Plur.*
ايم بوده fuimus,	باشيم بوده fuerimus,
ايد بوده fuiſtis,	باشيد بوده fueritis,
اند بوده fuerunt.	باشند بوده fuerint.

Prae-

Digitized by Google

Praesens Verbi futuri.

Indicat.

Sing.	*Plur.*
خواهم بود *kahem bud* futurus sum,	خواهيم بود futuri sumus,
خواهي بود futurus es,	خواهيد بود futuri estis,
خواهد بود futurus est.	خواهند بود futuri sunt.

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

Indicat.

Sing.	*Plur.*
بودم *budem* fui,	بوديم fuimus,
بودي *budi* fuisti,	بوديد fuistis,
بود *bud* (بوده *budeh*) fuit.	بودند fuerunt.

Praeteritum Verbi infecti.

Indicat.

Sing.

مي بودم *mi budem* (همي) eram,
ميبودي (همي) eras,
ميبود, بودي (همي) ميبوده } erat.

Plur.

ميبوديم (همي) eramus,
ميبوديد (همي) eratis,
ميبودند (همي) بودندي } erant.

Prae-

Digitized by Google

Praeteritum Verbi perfecti.

Sing.	*Plur.*
بوده بودم fueram,	بوده بوديم fueramus,
بوده بودي fueras,	بوده بوديد fueratis,
بوده بود fuerat.	بوده بودند fuerant.

Praeteritum Verbi futuri.

Sing.

خواهيدم بود *kahidem bud* eram futurus,
خواهيدي بود eras futurus,
خواهيد بود erat futurus.

Plur.

خواهيديم بود eramus futuri,
خواهيديد بود eratis futuri,
خواهيدند بود erant futuri.

(C) *Futurum Verbi infiniti et infecti.*

Sing.	*Plur.*
باشم ero,	باشيم erimus,
باشي eris,	باشيد eritis,
باشد erit.	باشند erunt.

Futurum Verbi perfecti.

Sing.	*Plur.*
بوده باشم fuero,	بوده باشيم fuerimus,
بوده باشي fueris,	بوده باشيد fueritis,
بوده باشد fuerit.	بوده باشند fuerint.

Futu-

Digitized by Google

Futurum Verbi futuri.

Sing.	*Plur.*
بود (بخواهم) خواهم ero futurus.	خواهيم بود erimus futuri etc.

Vid. Praef. Verbi futuri.

* * *

Optativum tempus.

Sing.	*Plur.*
بودمي eſſem (*ich möchte ſeyn*),	بوديم eſſemus,
بودي eſſes,	بوديد eſſetis,
بودي eſſet.	بودند eſſent.

* * *

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
2. بُو f. باش es.	1. باشيم ſimus.
3. باشد, بكاد } eſto.	2. باشيد eſte.
	3. باشند ſunto.

INFINITIVUS.

Praeſ. بودن apoc. بود eſſe. *Praet.* بوده بودن fuiſſe. *Fut.* خواهيدن بود futurum eſſe.

PARTICIPIA.

Praeſ. باشا ens (*ſeyend*). *Praet.* بوده qui fuit (*geweſen ſeyend*).

II.

Digitized by Google

130 II. شدن *fieri*, Imp. شو

ad formanda paſſivi tempora.

(A) *Praeſens verbi infecti et infiniti.*

Indicat.	*Subjunct.*
Sing.	*Sing.*
ميشوم *miſchuwem* fio,	شوم *ſchuwem* fiam,
ميشوي *miſchuwi* fis,	شوي fias,
ميشود *miſchuwed* fit.	شود fiat.
Plur.	*Plur.*
ميشويم *miſchuwim* fimus,	شويم fiamus,
ميشويد *miſchuwid* fitis,	شويد fiatis,
ميشوند *miſchuwend* fiunt.	شوند fiant.

Praeſens verbi perfecti.

Indicat.	*Subjunct.*
شده ام factus ſum etc.	شده باشم etc.

Praeſens verbi futuri.

خواهم شد ſum futurus.

(B) *Praeteritum verbi infiniti.*

Sing.	*Plur.*
شدم *ſchodem* factus ſum (*ich wurde*)	شديم facti ſumus,
شدي *ſchodi* factus es,	شديد facti eſtis,
(شده) شد *ſchod* factus eſt.	شدند facti ſunt.

Praeteritum verbi infecti.

Sing.	*Plur.*
ميشدم fiebam	ميشديم fiebamus etc.

vid. Praet. infin.

Prae-

Digitized by Google

Praeteritum verbi perfecti.

بودم شده factus fueram etc.

Praeteritum verbi futuri.

خواهیدم شد eram futurus etc.

(C) *Futurum verbi infecti et fut.*

non eſt in uſu et pro eo خواهم شد adhiberi ſolet.

Futurum verbi perfecti.

باشم شده factus fuero etc.

Futurum verbi futuri.

خواهم (بخواهم) شد ero futurus.

* * *

Optativum tempus.

Sing.	*Plur.*
شدمي *ſchodemi* fierem (*ich möchte werden*)	شدیمي *ſchodimi* fieremus,
شدي *ſchodi* fieres,	شدیدي fieretis,
شدي fieret.	شدندي fierent.

* * *

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
	شویم ſimus,
2. شو es,	شوید eſte,
3. شود ſit.	شوند ſunto.

INFINITIVUS.

Praeſ. شدن fieri. *Praet.* بودن شده factum eſſe.

PARTICIPIA.

Praeſ. شوا fiens. *Praet.* شده factus.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4.

121 I. *Paradigma Verbi regularis in* يدن.

پرسيدن apoc. پرسيد *interrogare.* Imp. پرس.

ACTIVUM.

(A) *Praesens verbi infin. et infecti.*

Indicat.	*Subjunct.*
Sing.	*Sing.*
ميپرسم *mipurſem* interrogo,	پرسم *purſem* interrogem (interrogarem),
ميپرسي *mipurſi* interrogas,	پرسي interroges (interrogares),
ميپرسد *mipurſed* interrogat.	پرسد interroget (interrogaret).
Plur.	*Plur.*
ميپرسيم *mipurſim* interrogamus,	پرسيم interrogemus (interrogaremus),
ميپرسيد *mipurſid* interrogatis,	پرسيد interrogetis (interrogaretis),
ميپرسند *mipurſend* interrogant.	پرسند interrogent (interrogarent).

Praeſens verbi perfecti.

Indicat.	*Subjunct.*
پرسيده ام *purſideh em* interrogavi etc.	پرسيده باشم interrogaverim etc.

Praeſens verbi futuri.

خواهم پرسيد ſum interrogaturus etc.

(B) *Prae-*

Digitized by Google

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

Sing.	*Plur.*
پرسیدم *purſidem* interrogavi,	پرسیدیم interrogavimus,
پرسیدي interrogaviſti,	پرسیدید interrogaviſtis,
پرسید / پرسیده interrogavit.	پرسیدند interrogaverunt.

Praeteritum Verbi infecti.

Sing.	*Plur.*
میپرسیدم interrogabam,	میپرسیدیم interrogabamus,
میپرسیدي interrogabas,	میپرسیدید interrogabatis,
میپرسید / پرسیدي interrogabat.	میپرسیدند / پرسیدندي interrogabant.

Praeteritum Verbi perfecti.

پرسیده بودم interrogaveram etc.

Praeteritum Verbi futuri.

خواهیدم پرسید *kahidem purſid* eram interrogaturus etc.

(C) *Futurum Verbi infin. et infecti.*

Sing.	*Plur.*
بپرسم *bupurſem* interrogabo,	بپرسیم interrogabimus,
بپرسي interrogabis,	بپرسید interrogabitis,
بپرسد interrogabit.	بپرسند interrogabunt.

Futurum Verbi perfecti.

پرسیده باشم interrogavero etc.

Futurum Verbi futuri.

بخواهم پرسید ero interrogaturus.

Digitized by Google

* * *

Optativum tempus.

Sing.

پرسیدمي *purſidemi* interrogarem (*ich möchte, würde fragen*),
پرسیدي interrogares,
پرسیدي interrogaret.

Plur.

پرسیدیمي interrogaremus,
پرسیدیدي interrogaretis,
پرسیدندي interrogarent.

* * *

IMPERATIVUS.

Sing.

پرس *purs* et بپرس *bupurs* interroga,
پرسد interrogato.

Plur.

پرسیم interrogemus,
پرسید interrogate,
پرسند interroganto.

INFINITIVUS.

Praeſ. پرسیدن interrogare. *Praet.* پرسیده بودن interrogaſſe.

PARTICIPIA.

Praeſ. پرسان *purſahn*, پرسا (apoc. پرس) et پرسنده *purſendeh* interrogans.

Praet. پرسیده percunctatus.

PASSIVUM.

(A) *Praeſ. Verbi infin. et infecti.*

Indic. پرسیده مي شوم interrogor etc.
Subj. پرسیده شوم interroger.

Praeſ.

Digitized by Google

Praesens Verbi perfecti.

Indic. پرسیده شده ام interrogatus sum etc.

Subj. پرسیده شده باشم interrogatus sim etc.

Praef. Verbi futuri.

پرسیده خواهم شد sum interrogandus etc.

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

پرسیده شدم interrogatus sum etc.

Praeteritum verbi infecti.

پرسیده میشدم interrogabar etc.

Praeteritum verbi perfecti.

پرسیده شده بودم interrogatus eram etc.

Praeteritum Verbi futuri.

پرسیده خواهیدم شد eram interrogandus etc.

(C) *Futurum verbi infin. et infecti.*

Non est in usu et pro illo Praesens verbi futuri adhiberi solet.

Futurum verbi perfecti.

پرسیده شده باشم interrogatus fuero etc.

Futurum verbi futuri.

پرسیده بخواهم شد ero interrogandus.

* * *

Optativum tempus.

پرسیده شدمی interrogarer (*ich möchte, würde gefragt werden*) etc.

* * *

Digitized by Google

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
پرسیده شو interrogare,	پرسیده شویم interrogemur,
پرسیده شود interrogator.	پرسیده شوید interrogaminor,
	پرسیده شوند interrogantor.

INFINITIVUS.

Praef. پرسیده شدن interrogari. *Praet.* پرسیده شده بودن interrogatum esse.

PARTICIPIA.

Praef. پرسیده شوا qui interrogatur. *Praet.* پرسیده شده interrogatus.

122 II. *Paradigma Verbi regularis in* دن.

بردن *ferre* apoc. برد. Imp. بر.

ACTIVUM.

(A) *Praesens verbi infiniti et infecti.*

Indicat.	*Subjunct.*
Sing.	*Sing.*
میبرم *miberem* fero,	برم *berem* feram (ferrem),
میبری *miberi* fers,	بری feras (ferres),
میبرد *miberd* fert.	برد ferat (ferret).
Plur.	*Plur.*
میبریم *miberim* ferimus,	بریم feramus (ferremus),
میبرید *miberid* fertis,	برید feratis (ferretis),
میبرند *miberend* ferunt.	برند ferant (ferrent).

Prae-

Digitized by Google

Praeſens verbi perfecti.

Indicat.	*Subjunct.*
برده ام *berdeh em* tuli etc.	برده باشم tulerim etc.

Praeſens verbi futuri.

خواهم برد *kahem berd* ſum laturus.

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

Sing.	*Plur.*
بردم *berdem* tuli,	بردیم tulimus,
بردي tuliſti,	بردید tuliſtis,
برد / برده } tulit.	بردند tulerunt.

Praeteritum Verbi infecti.

Sing.	*Plur.*
میبردم ferebam,	میبردیم ferebamus,
میبردي ferebas,	میبردید ferebatis,
میبرد / بردي } ferebat.	میبردند / بردندي } ferebant.

Praeteritum verbi perfecti.

برده بودم tuleram etc.

Praeteritum verbi futuri.

خواهیدم برد eram laturus etc.

(C) *Futurum Verbi infiniti et infecti.*

Sing.	*Plur.*
ببرم *beberem* feram,	ببریم feremus,
ببري feres,	ببرید feretis,
ببرد feret.	ببرند ferent.

Digitized by Google

Futurum Verbi perfecti.

برده باشم tulero etc.

Futurum Verbi futuri.

بخواهم برد ero laturus etc.

* * *

Tempus optativum.

Sing.	*Plur.*
بردمي ferrem (*ich möchte, würde tragen*),	بردیمي ferremus,
بردي ferres,	بردیدي ferretis,
بردي ferret.	بردندي ferrent.

* * *

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
بر *ber* et ببر *beber* fer,	بریم feramus,
برد ferto.	برید ferte,
	برند ferunto.

INFINITIVUS.

Praef. بردن ferre. *Praet.* برده بودن tuliſſe.

PARTICIPIA.

Praef. برا, برا (apoc. بر), برنده ferens.
Praet. برده qui tulit.

PASSIVUM.

(A) *Praeſens verbi infin. et infecti.*

Indic. برده میشوم feror etc.
Subjunct. برده شوم ferar (ferrer) etc.

Praeſ.

Digitized by Google

Praesens verbi perfecti.

Indic. برده شده ام latus sum etc.

Subjunct. برده شده باشم latus sim etc.

Praesens verbi futuri.

برده خواهم شد sum ferendus etc.

(B) *Praeteritum verbi infiniti.*

برده شدم latus sum etc.

Praeterit. verbi infecti.

برده میشدم ferebar etc.

Praeterit. verbi perfecti.

برده شده بودم latus eram etc.

Praeter. verbi futuri.

برده خواهیدم شد eram ferendus.

(C) *Futurum verbi infin. et infecti.*

Non est in usu, et pro illo Praesens verbi futuri adhibetur.

Futurum verbi perfecti.

برده شده باشم latus fuero etc.

Futurum verbi futuri.

برده بخواهم شد ero ferendus etc.

* * *

Tempus optativum.

برده شدمي ferrer (*ich möchte, würde getragen werden*) etc.

* * *

Digitized by Google

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
بَرِه شو ferre,	بَرِه شویم feramur,
بَرِه شود fertor.	بَرِه شوید feriminor,
	بَرِه شوند feruntor.

INFINITIVUS.

Praes. بَرِه شدن ferri. *Praet.* بَرِه شده بودن latum esse.

PARTICIPIA.

Praes. بَرِه شوا qui fertur. *Praet.* بَرِه شده latus.

123 III. *Paradigma Verbi regularis in* تن.

كُشتَن apoc. كُشت occidere. Imp. كُش.

ACTIVUM.

(A) *Praesens Verbi infinit. et infecti.*

Indicat.	*Subjunct.*
Sing.	*Sing.*
میكُشم *mikeſchem* occido,	كُشم occidam (occiderem),
میكُشي *mikeſchi* occidis,	كُشي occidas (occideres),
میكُشد *mikeſched* occidit.	كُشد occidat (occideret).
Plur.	*Plur.*
میكُشیم *mikeſchim* occidimus,	كُشیم occidamus (occideremus),
میكُشید *mikeſchihd* occiditis,	كُشید occidatis (occideretis),
میكُشند *mikeſchend* occidunt.	كُشند occidant (occiderent).

Prae-

Digitized by Google

Praeſens Verbi perfecti.

Indicat.	*Subjunct.*
ام كشته *keſchtheh em* occidi etc.	كشته باشم occiderim etc.

Praeſens Verbi futuri.

خواهم كشت ſum occiſurus.

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

Sing.	*Plur.*
كشتم *keſchthem* occidi,	كشتيم *keſchthihm* occidimus,
كشتي *keſchthi* occidiſti,	كشتيد *keſchthid* occidiſtis,
كشت *keſcht* / كشته *keſchtheh* } occidit.	كشتند *keſchthend* occiderunt.

Praeteritum Verbi infecti.

Sing.	*Plur.*
ميكشتم occidebam,	ميكشتيم occidebamus,
ميكشتي occidebas,	ميكشتيد occidebatis,
ميكشت / كشتي } occidebat.	ميكشتند / كشتندي } occidebant.

Praeteritum Verbi perfecti.

كشته بودم occideram etc.

Praeteritum Verbi futuri.

خواهيدم كشت eram occiſurus etc.

(C) *Futurum verbi infin. et infecti.*

Sing.	*Plur.*
بكشم *bekeſchem* occidam,	بكشيم occidemus,
بكشي occides,	بكشيد occidetis,
بكشت occidet.	بكشند occident.

Digitized by Google

Futurum Verbi perfecti.

كشته باشم occidero etc.

Futurum Verbi futuri.

بخواهم كشت ero occisurus etc.

* * *

Optativum tempus.

Sing.	*Plur.*
كشتمي occiderem (*ich möchte, würde tödten*),	كشتيمي occideremus,
كشتي occideres,	كشتيدي occideretis,
كشتي occideret.	كشتندي occiderent.

* * *

IMPERATIVUS.

Sing.	*Plur.*
كش *kesch*, بكش *bekesch* occide,	كشيم occidamus,
	كشيد occidite,
كشد occidito.	كشند occidunto.

INFINITIVUS.

Praes. كشتن occidere. *Praet.* كشته بودن occidisse.

PARTICIPIA.

Praes. كشا, كشان (apoc. كش) et كشنده occidens.

Praet. كشته qui occidit.

PASSIVUM.

(A) *Praesens verbi infiniti et infecti.*

Indic. كشته مي شوم occidor etc.

Subjunct. كشته شوم occidar etc.

Praes.

Digitized by Google

Praeſens Verbi perfecti.

Indic. کشته شده ام occiſus ſum etc.

Subjunct. کشته شده باشم occiſus ſim etc.

Praeſens Verbi futuri.

کشته خواهم شد ſum occidendus etc.

(B) *Praeteritum Verbi infiniti.*

کشته شدم occiſus ſum etc.

Praeteritum Verbi infecti.

کشته میشدم occidebar etc.

Praeteritum Verbi perfecti.

کشته شده بودم occiſus eram etc.

Praeteritum Verbi futuri.

کشته خواهیدم شد eram occidendus etc.

(C) *Futurum Verbi infiniti et infecti.*

Non eſt in uſu, et pro illo Praeſens verbi futuri adhiberi ſolet.

Futurum Verbi perfecti.

کشته شده باشم occiſus fuero etc.

Futurum Verbi futuri.

کشته بخواهم شد ero occidendus etc.

* * *

*

Tempus optativum.

کشته شدمی occiderer (*ich möchte, würde getödtet werden*) etc.

* * *

IMPE-

Digitized by Google

IMPERATIVUS.

Sing.		*Plur.*	
كشته شو	occidere,	كشته شويم	occidamur,
كشته شود	occiditor.	كشته شويد	occidiminor,
		كشته شوند	occiduntur.

INFINITIVUS.

Praef. كشته شدن occidi. *Praet.* كشته شده بودن occisum esse.

PARTICIPIA.

Praef. كشته شوا qui occiditur. *Praet.* كشته شده occisus.

* * *

Annotationes ad Paradigma.

124 1) Praesens Indicativum verbi infecti et infiniti suum مي et همي, quo a Praesenti subjunctivo distinguitur, haud raro abjicit, praesertim ubi infinite adhibetur:

* چو افتاب مي از مشرق پياله بر آيد
زباغ عارض ساقي هزار لاله بر آيد

Sole vini ex oriente poculi oriente, ex horto genae pocillatoris mille lilia oriuntur.

125 lis, quae impersonaliter abhibentur: شايد decet, بايد oportet, fere numquam praeponuntur.

126 2) همي et مي in scribendo saepe a verbo disjunguntur. Itaque scribitur:

همي نوشم et مي نوشم *scribo.*

Ea-

Digitized by Google

Eadem a poetis tempori, ad quod pertinet nonnumquam poſtponuntur. Ita Ferduſi (Jones Comment. poeſ. Aſ. p. 142.): 127

كه داند كه بلبل چه گويد همي

Quis ſcit, quid luſcinia loquatur?

Aliud exemplum vide paulo infra.

3) Reperitur nonnumquam praeter مي et همي etiam ب praeſenti verbi infecti et infiniti additum. Idem (l. c.) 128

بپالين بلبل بنالد همي
گل از نالهٔ ببالد همي
شب تير بلبل بخندد همي
گل از باد وباران ببندد همي

In horto luſcinia modulate queritur, Roſa ob queſtum ejus expergiſcitur. Nocte tenebroſa ſubridet luſcinia, Roſa vento et pluvia arcte ligatur. 131

4) Futurum ſaepiſſime ſuo praefixo ب caret, poſt praefixum negativum ن fere ſemper. 129

5) Praefixum ب ante verba, quorum prima litera vel cum Fatha ſ. Zeber vel Keſre ſ. Zir pronunciatur, effertur per *Zir*; ante illa autem, quorum prima litera *Damma* ſ. Piſch habet, per *Damma*. Itaque pronunciandum eſt: *bupurſem*, *bekeſchem*. 130

6) In verbis compoſitis particula همي et مي et praefixum ب inter verbum et vocem, quacum compoſitum eſt, ſuum locum habet; a پُر كردن (*vollmachen*) complere: 131

پر

پر مي کنم, پر ميکني, پر ميکند
purmikenam compleo etc.

a پر يافتن intelligere:

پر مييابم, پر ميياي, پر ميياد *dermijabem* intelligo etc.

132 7) A positivis verbis formantur *negativa* ope particulae negativae نه *non*, quae plerumque abjecto ه verbo praefigitur. نه مپرسم f. نمپرسم non interrogo. نپرسيده ام non interrogavi et sic porro.

* ندانم از چه سبب رنگ آشناي نيست
سهي قدان سيه چشم ماه سيمارا

Nescio quam ob causam color amoris negatus est puellis cypressi staturam, oculos nigros habentibus, instar lunae splendidis.

133 In imperativo pro ن assumitur م (forsan ex نب *Nun* cum Ba Imperativi ortum) مکن *ne fac.* مپرس *ne interroga*, quod nonnumquam in scribendo separatur نه کن, نه پرس.

* درد عشقي کشيده ام که مپرس
زهر هجري چشيده ام که مپرس

Amoris expertus sum curas, noli quaerere, a quanam; venenum absentiae hausi, noli interrogare a quanam.

134 8) Verba ab آ incipientia post ب praefixum, nec non post ن et م negativum interponunt ي:

انديشيدن cogitare, بيانديشم *bejandischem*, نيانديشم, بيانديش, ميانديش.

* ساقيا

Digitized by Google

* ساقیا ساغر شراب بیار
یکدو ساغر شراب ناب بیار

Pocillator, affer vini poculum; affer unum vel duo vini pocula.

* مکو شیع میارید در این جمع که امشب
در مجلس ما ماه رخ دوست تمامست
در مجلس ما عطر میامیز که جانرا
هر دم زسر زلف تو خوش بوی مشامست

Dic! ne ferte ſtragula in hoc convivium; hac enim nocte luna genae amicae meae plena luce fulget; nolite in noſtro convivio miſcere fragores, nos enim odor, qui exit ex ejus tuis cincinnis, ſatis laetitia offundit.

§. 5.

De temporum verbi perſici ſignificatione et uſu.

Quum in cujusvis linguae grammatica nihil 135
ſit difficilius quam temporum uſum recte et accurate definire, idem maxime in illis linguis difficultatibus impeditum eſt, cujus ſcriptores non certis et conſtantibus regulis adſtringuntur. In hanc culpam, ſi qui umquam, incurrunt auctores Perſici; adeo ut quum altero exemplo tolli viderem regulam, quam ex altero conſtitueram, omnem ſpem abjecerim leges umquam deprehendendi, quas Perſae ſequuntur. Quod credo cauſa fuit illis, qui grammaticas Perſicas conſcripſerunt, ne Guilelmo Jones quidem excepto, temporum uſum prorſus omittendi. Quae ego obſervavi, profero.

A.

Digitized by Google

A. *Tempora verbi infiniti (ſ. actionis infinitae).*

136 1) PRAESENS. In hujus temporis uſu nihil a ceteris linguis Perſarum ſermo differt; nec non in eo quod idem et Praeſenti verbi infecti inſerviat. In ſententiis frequenter infinite adhibetur.

137 2) PRAETERITUM INFINITUM, quod recte *hiſtoricum* tempus appellaveris, maxime inſervit narrationi, ibi nempe, ubi abſolute ſine reſpectu ad actionem aliquam ſive praeſentem, ſive praeteritam, ſive futuram narratur; qua in re convenit cum Graecorum ἀορίστοις et Francogallorum *Parfait hiſtorique.* Neque tamen ita arctis, quam illorum temporum, ejus uſus regulis eſt adſtrictus, quare ſaepe Praeteritum infinitum a Perſis adhibetur, ubi Graeci et Francogalli ſua tempora hiſtorica non admittunt. Appono aliquot exempla, quae ſimul oſtendunt, quam bene apud Perſas Praeteritum infinitum a Praeterito verbi infecti diſtinguitur.

MIRCHOND Hiſtor. Samanid. p. 32. غلامان كه انتظار فرصت مينمودند بخركاه بادشاه در آمده اورا شربت فنا چشانيدند Servi, qui omnes opportunitates *diſpiciebant*, cubiculum principis ingreſſi, venenum lethiferum ipſi *propinarunt.*

FERDUSI (Jones de poeſ. Aſ. p. 247.)

چو رفتم بنزديک ايوان فراز
سرش باستاره همیکفت راز

Eo tempore, quo ad ſublimem regiam *perveni*, caput ejus cum ſtellis arcana *iniebat* conſilia.

His

Digitized by Google

His in exemplis etiam ſtrictior aliarum linguarum uſus flagitat Praeteritum hiſtoricum. Jam vide diverſa exempla:

FERDUSI (Jones de poeſ. Aſ. p. 247.)

آنکه روشن بهار , ...
ندید ونه بیند چنین شهریار

Tam ſplendidum verem neque vidit (ἑωράκε, *a vu*, *hat geſehen*) neque [umquam] videbit rex [aliquis].

DSCHAMI Behariſthan (Anthol. Perſ. p. 32.):

گاوي بر گلهٔ خود سالار بود ودر میان
گاوان بقوت سرو نامدار: Quidem taurus in grege ſuo *erat* (ἦν, *étoit*, *war*) princeps et inter alios etiam tauros cornuum robore eminebat.

Quibus in exemplis alii ſermones, ut Graecus, Francogallicus et Germanicus poſtulant Praeſens verbi perfecti.

3) FUTURUM infinitum pariter ut Praeſens infi- 138
nitum in ſententiis univerſalibus maxime adhibetur. Huc referendum eſt exemplum, quod a JONES ex Nakſchebi طوطي نامه citatur:

هر که بر کارها کند جهدي
عاقبت بر مراد خود برسد

Quicunque ſtudioſe rebus ſuis incumbit, tandem finem propoſitum aſſequetur.

B. *Tempora Verbi infecti.*

1) In PRAESENTIS infecti uſu nihil Perſarum 139
ſermo a ceteris linguis differt.

Digitized by Google

اي باد صبا بگذر آنجا كه تو ميداني *
واحوال دلم به گو پيدا كه تو ميداني

O Zephyre, transi locum quem noviſti, manifeſta animi mei conſilia quae noviſti.

زين خوش رقم كه بر گل رخسار ميكشي *
خط بر صحيفهٔ گل گلزار ميكشي

Pulchrâ lineolâ, qua impreſſiſti roſam genarum tuarum, lineam imprimis ſuperficiei roſae roſeti.

بعيش كوش كه تا چشم ميزني برهم
خزان هميرسد ونو بهار مي گذرد

Vita fruere, nam dum oculos comprimis, autumnus accedit recensque ver aufugit.

140 2) PRAETERITUM verbi infecti adhibetur, ubi deſcribitur actio continuata, dum alia vel aliae perdurabant, vel ſaepius repetita, plane ut apud Latinos, Graecos aliosque Tempus, quod appellant, Imperfectum. Vide hujus temporis quaedam exempla ſupra, ubi de Praeterito infinito dictum eſt.

In pedeſtri oratione imprimis ſolenne eſt, tertiae perſonae et ſingularis et pluralis numeri ي tantum ſubjungere omiſſo praefixo مي:

بطرب ونشاط مشغول بودندي ونغمهٔ از *
زبان چنگ وچغانه استماع نبودندي

Occupati *erant* deliciis et hilaritate, neque vocis cytharae et cymbali eos *capiebat* ſatietas.

141 3) FUTURI verbi infecti uſus ita frequens atque ita omnis difficultatis eſt expers, ut exempla apponere ſuperſedere poſſimus.

C.

Digitized by Google

C. *Tempora Verbi perfecti.*

1) PRAESENS verbi perfecti pariter ut apud Graecos, Latinos aliosque adhibetur, ubi describitur actio vel conditio perfecta, dum altera inficitur sive incipitur. Ita id, quo oratio claudi solet, *Dixi*, significat: Jam absolvi dicere meum, sequitur alia actio. 142

2) PRAETERITUM autem verbi perfecti, ubi describitur actio sive conditio perfecta, quando incepta est alia actio pariter perfecta. 143

Utriusque temporis appono exemplum ex Dschami Beharisthan desumtum (Anthol. Pers. p. 34.):

طاؤس بزاغ گفت این موزهٔ سرخ که در
پای تست لایق اطلس زر کشی دیباي
منقش منست همانا که در آن وقت که از
شب تاریک عدم بروشن وجوده آمده ایم در
پوشیدن موزه غلط کرده ام موزهٔ کیمخت
سیاه ترا پوشیده ام وتو موزهٔ ادیم سرخ مرا
زاغ گفت حال بر خلاف اینست اگر
خطایي رفته است در پوششهاي دیگر
رفته است . . . . . کشفي سر بجیب
مراقبه فرو برده بود وآن مجادله ومقاوله را
میشنود سر بر آورد

Pavo corvo dixit: ocrea rubra, quam in pede tuo geris, convenit vesti meae sericeae, auro intertextae, acu pictae: verum eo tempore, quo

Digitized by Google

e nocte obſcura nonexiſtentiae ad claram lucem exiſtentiae venimus (*nous ſommes venus*), ego admiſi (*j'ai commis*) errorem in induendis ocreis, etenim indui (*j'ai mis*) nigras tuas ocreas, tu meas ocreas rubras induiſti (*as mis*). Immo vero, reſpondit corvus, aliter prorſus ſeſe res habet. Si error admiſſus eſt (*eſt commis*), in veſtimentis ceteris admiſſus eſt. . . . . Teſtudo, quae caput in ſinum contemplationis demiſerat (*avoit baiſſé*), dum hanc rixam et contentionem *audiebat*, caput extulit etc.

144 3) FUTURUM VERBI PERFECTI adhibetur, pariter ut Latinorum Futurum exactum, de actione futura tum perfecta, quum alia incipitur.

D. *Tempora Verbi futuri.*

145 1) PRAESENTIS ſignificatio ut apud ceteros populos, ita apud Perſas nihil fere a ~~Praeſentis~~ Futuri verbi infecti ſignificatione differt. HAFIZ:

* نفس باد صبا مشك فشان خواهد شد
عالم پیر دگر باره جوان خواهد شد

Halitus Zephyri Muſcum *effuſurus eſt*; mundus ſenex ad juventutem *redituru eſt.*

146 2) PRAETERITO verbi futuri rarius utuntur Perſae, nec ſuccurrit exemplum in auctoribus Perſicis. Quilibet ſine exemplo, qualis ſit hujus temporis uſus et ſignificatio, facile intelliget.

147 3) FUTURI verbi futuri uſus pariter ut in ceteris ſermonibus rariſſimus eſt, neque ego inveni exemplum quod apponere poſſim.

1) Tem-

Digitized by Google

* * *

1) Tempus PRAESENS verbi infecti SUBJUN- 148
CTIVUM conjunctiones كه, تا ſequitur; latioris autem uſus eſt quam praeſens ſubjunctivum Latinorum, Graecorum aliorumque. Etenim et praeſens et praeteritum tempus ſequitur. Itaque etiam imperfecti ſubjunctivi Latinorum vim habet. En exemplum a Joneſio ex vita Nadirſchahi citatum: بر دانايان رموز آگاهي ودقيقه يابان حكمتهاي آلهي واضح است كه در هر عهد واوان كه اوضاع جهان مختلف وپريشان وجرح ستمكر بكام ستمكيشان كردد خداوند يكانه كه مدبر اين كارخانه ومقلب اوضاع زمانه است از فيض بي منتهاي خود سعادتمندي را موئيد ودر عرصهٔ كيتي مبسوط اليد كند كه بمراهم مراحم ورافت بالتيام جراحات قلوب ستمديدكان پردازد ومذاق تمناي تلخكامان زهر حوادث را بشهد عدالت شيرين سازد

Inter viros intelligentes et expertos conſtat, quod omni tempore, quo mundi res turbatae erant, atque ſors favebat malignis, Deus gubernator hujus rei domeſticae et rector temporum ex infinita benignitate, *elegerit* fortunatum quendam et fortem et expertum virum, qui emplaſtris beneficiorum *ſanaret* vulnera cordibus miſerorum in-

Digitized by Google

flicta et amarum potum veneni infortuniorum melle juſtitiae ſuavem *redderet.*

149 Etiam optative hoc tempus uſurpatur:

جان نیز اگر فرستم آنجا *
آن تحفه محتصر چه باشد

Si ipſam etiam animam meam illuc mitterem (*ſchicken würde*), quam vile donum illa foret (*würde ſeyn*).

150 Nonnunquam huic tempori ب praefigitur, quod ſenſum non mutat; DSCHAMI (Anth. Perſ. p. 10.):

روباهي را گفتند كه هيچ تواني كه صد
ديناررا بستاني وپيغامي بسگان ده رساني:

Vulpem interrogarunt, num ita audax es, ut *accipias* centum denarios et *feras* nuncium ad canes vici?

151 2) Temporis praeſentis verbi perfecti ſubjunctivi exemplum, quod optime ejus uſum illuſtrat, occurrit apud MIRCHONDUM, Hiſt. Samanid. p. 22.:

حكم كرد تا هر زيادتي كه در ايام
گذشته ستده باشد در اينده مجري دارند

Juſſit, ut illud quod diebus praeteritis nimium ab illis *acceperit*, in futurum reſtitutum haberent.

152 3) *Temporis optativi* appono exempla, quae optime ejus uſum et ſignificationem illuſtrant; FERDUSI:

شبي در برت كر بر آسودمي *
سر فخر بر اسمان سودمي

Quodſi *poſſem quieſcere* unam noctem in ſinu tuo, gloriabundus caput usque ad coelum *poſſem extollere.*

HAFIZ:

Digitized by Google

HAFIZ:

آن طره که هر جعدش صد نافهٔ چین ارزد
خوش بودي بويش از خوشخوي

Illi cincinno, cujus ſinguli capilli criſpi valent centum ſaccos muſco Chinenſi impletos, utinam praeclarus *eſſet* odor propter naturae bonitatem.

Etiam huic tempori nonnumquam praefigitur ب, quo ejus ſignificatio non mutatur:

گر بدانستمي که فرقت تو
اينچنين صعب باشد ودلسوز
از تو دوري نجستمي يکدم
وز تو غايب نبودمي يکروز

Si noviſſem, tua praeſentia carere, ita eſſe durum et animum affligens, ne unum temporis momentum a te diſceſſiſſem, neque unum diem a te abfuiſſem.

4) *Infinitivum* etiam a Perſis haud raro tanquam ſubſtantivum adhiberi, monitu vix eget; DSCHAMI (Anthol. Perſ. p. 36.): 153

برين حسد از حال کسان طور خرد نيست

Invidere alterius cujuscunque ſorti, prudentis non eſt.

Etiam pronomina adduntur: پرسيدنم, پرسيدنت *interrogare meum*, *tuum* et ſic porro. 154

Digitized by Google

CAPUT III.

De verbis irregularibus sive defectivis.

155 Omnia verba, quae irregularia apud Persas esse dicuntur, proprie sunt defectiva i. e. ea, quae ab Imperativo derivantur tempora, ab alio verbo mutuantur, quam ea, quae a tertia Praeteriti inf. persona immediate procedunt. Ita pleraque verba, quorum infinitivus exit in ودن asciscunt Imperativum verborum in ايیدن, quae ex eadem radice nata sunt. Ita فرمودن *jubere* assumit Imper. فرماي a فرماييدن. Verba in ختن usurpant Imper. verborum in زيدن et sic porro. Multa horum verborum, quorum Imperativi assumuntur, nondum in desuetudinem abiere. Sunt autem septem maxime verborum defectivorum genera, scilicet verba in ودن, فتن, ختن, شتن, ستن, يدن et ادن. Praeter ea pauca verba in دن simplex exeuntia.

156 JONES, qui omnia verba, quorum Infinitivi in دن (sine praevio ي) et تن terminantur, irregularibus parum commode annumerat, opinatur, olim omnes Infinitivos in دن exiisse, terminationem تن demum receptam esse, quum Arabum loquela sermonem Persarum antiquo suo nitore privasset. Quae opinio an admittenda sit, hoc loco non exputo.

Itaque verba irregularia, in has dispescimus classes:

157 I. *Verba irregularia in* ودن, quae Imperativum a verbis in ايیدن asciscunt:

	Imperativ.	*Praesens.*
ازمودن experiri	ازماي	ازمايم
آسودن quiescere	آساي	آسايم

Digitized by Google

		Imperat.	*Praes.*
افزودن / فزودن	increscere	افزاي / فزاي	افزايم / فزايم
الودن	turpem reddere	الاي	الايم
اندودن	inungere	انداي	اندايم
پالودن	colare	پالاي	پالايم
پيمودن	metiri	پيماي	پيمايم
زدودن	polire	زداي	زدايم
ستودن	laudare	ستاي	ستايم
سودن	palpare	ساي	سايم
فرمودن	jubere	فرماي	فرمايم
نمودن	ostendere	نماي	نمايم

II. *Verba irregularia in* فتن: 158

(a) quae Imperativum formant a verbis in بيدن et بدن.

		Imperat.	*Praes.*
آشوفتن / آشفتن	turbare	آشوب	آشوبم
تافتن	incendere	تاب	تابم
سفتن	terebrare, perforare	سنب	سنبم
شتافتن	festinare	شتاب	شتابم
شكفتن	florere	شكيب	شكيبم
فريفتن	decipere	فريب	فريبم
كوفتن	jacĕre	كوب	كوبم
نهفتن	abscondere	نهنب	نهنبم
يافتن	invenire	ياب	يابم

Digitized by Google

159 (b) quae Imperativ. formant a verbis in ودن et ویدن.

	Imperat.	*Praes.*
رفتن venire	رو a رویدن	روم
شنفتن audire	شنو a شنودن	شنوم
کافتن fodere	کاو	کاوم
گفتن loqui	گو et گوی a گوییدن	گویم

160 (c) quae Imperativum formant a verbis in یدن.

	Imperat.	*Praes.*
پذیرفتن accipere	پذیر	پذیرم
گرفتن capere	گیر	گیرم

161 III. *Irregularia verba in* ختن:

(a) quae Imperativum formant a verbis in زیدن, f. سیدن, f. شیدن.

	Imperat.	*Praes.*
افراختن extollere	افراز	افرازم
افروختن incendere	افروز	افروزم
اموختن discere	اموز	اموزم
امیختن miscere	امیز	امیزم
انداختن jacĕre	انداز	اندازم
انگیختن excitare	انگیز	انگیزم
اویختن pendere	اویز	اویزم
باختن ludere	باز	بازم
پرداختن perpolire	پرداز	پردازم
پرهیختن docere	پرهیز	پرهیزم
پختن coquere	پز	پزم
بیختن cribrare	بیز	بیزم

Digitized by Google

		Imperat.	*Praes.*
پیختن	capere	پیز	پیزم
تاختن	contorquere	تاز	تازم
توختن	colligere	توز	توزم
دوختن	confuere	دوز	دوزم
ریختن	fundere	ریز	ریزم
ساختن	conficere	ساز	سازم
سپوختن	pungere	سپوز	سپوزم
سوختن	comburere	سوز	سوزم
شناختن	intelligere	شناس	شناسم
فروختن	vendere	فروش	فروشم
گداختن	liquefcere	گداز	گدازم
گریختن	fugere	گریز	گریزم
نواختن	blandiri	نواز	نوازم

(b) quae a diverſis verbis Imperativum formant.

		Imperat.	*Praes.*
کسیختن	rumpere	کسیل	کسیلم

IV. *Verba irregularia in* شتن: 162

(a) quae Imperativum a verbis in ریدن accipiunt.

		Imperat.	*Praes.*
انباشتن	implere	انبار	انبارم
انکاشتن	cogitare	انکار	انکارم
اوباشتن	deglutire	اوبار	اوبارم
برداشتن	extollere, auferre	بردار	بردارم
پنداشتن	opinari	پندار	پندارم
داشتن	tenere	دار	دارم

Digitized by Google

	Imperat.	Praef.
گذاشتن linquere	گذار	گذارم
گذشتن transire	گذر	گذرم
گماشتن amittere	گمار	گمارم

163 (b) quae a diverſis verbis Imperativum formant.

	Imperat.	Praef.
ستاشتن capere	ستان	ستانم
سرشتن miſcere	سرپش	سرپشم
نبشتن / نوشتن ſcribere	نویش	نویشم

164 V. *Irregularia in* ستن:

(a) quae a Verbis in یدن ſ. ایدن Imperativum ſumunt.

	Imperat.	Praef.
افجستن plantare	افج	افجم
آراستن ornare	آرای	آرایم
بایستن oportere	باي	بایم
پیراستن exornare	پیرای	پیرایم
توانستن poſſe	توان	توانم
جستن quaerere	جوي	جویم
دانستن ſcire	دان	دانم
رستن creſcere	روي	رویم
زستن vivere	زي	زیم
شستن lavare	شوي	شویم
شایستن decere	شاي	شایم
گریستن flere	گري	گریم
مانستن ſimilem eſſe	مان	مانم
نگرستن pingere	نگر	نگرم

Digitized by Google

(b) quae a verbis in هیدن Imperativum derivant. 165

		Imperat.	*Praes.*
جستن	*salire*	جه	جهم
رستن	*liberari*	ره	رهم
خواستن	*cupere*	خواه	خواهم
کاستن	*diminuere*	کاه	کاهم

(c) a diversis verbis Imperativum mutuantia. 166

		Imperat.	*Praes.*
برنشستن	*ascendere*	برنشین	برنشینم
بستن	*ligare*	بند (a بندیدن)	بندم
پیوستن	*jungere, jungi*	پیوند	پیوندم
خاستن	*surgere*	خیز	خیزم
شکستن	*frangere*	شکن	شکنم
نشاستن	*assidere*	نشان	نشانم
نشستن	*considere*	نشین	نشینم
کسستن	*frangere, rumpere*	کسیل	کسیلم

VI. *Verba irregularia s. defectiva in* یدن: 167

		Imperat.	*Praes.*
آفریدن	*creare*	آفرین	آفرینم
چیدن	*colligere*	چین	چینم
دیدن	*videre*	بین	بینم
گزیدن	*eligere*	گزین	گزینم

VII. *Verba irregularia in* ادن: 168

(a) quae Imperativum a verbis in ایدن sumunt.

		Imperat.	*Praes.*
زادن	*nasci*	زای	زایم
کادن	*coire cum muliere*	کای	کایم
کشادن	*aperiri*	کشای	کشایم

(b)

Digitized by Google

169 (b) quae Imperativum a verbis in يدن formant.

		Imperat.	*Praes.*
افتادن	cadere	افت	افتم
ايستادن	ſtare	ايست	ايستم
فرستادن	mittere	فرست	فرستم
نهادن	ponere	نه	نهم

170 (c) quae a diverſis verbis Imperat. formant.

		Imperat.	*Praes.*
آمادن	parare	آماز	آمازم
دادن	dare	ده	دهم

171 VIII. *Irregularia in* دن *a diverſis verbis Imperativum formantia.*

		Imperat.	*Praes.*
آمدن	venire	آي	آيم
بودن	eſſe	باش	باشم
زدن	caedere	زن	زنم
ستدن	capere	ستان	ستانم
شنيدن	audire	شنو	شنوم
كردن	facere	كن	كنم
كندن	fodere	كند	كندم
مردن	mori	ميز	ميرم

CAPUT IV.

De verbis imperſonalibus.

172 1) Imperſonalia Perſarum verba, quae maxime frequenter occurrunt, ſunt tria illa: باید *oportet* a بایستن derivatum, شاید *decet* a شایستن, توان

1.

f. توانند *possibile est* a توانستن f. توانیدن. Habent hoc peculiare, quod semper apocopata infiniti forma ea sequatur, ut ترا باید رسید oportet te venire.

* Poeta in historia Kazwini citatus:

روزگار نامهٔ کردار شماست
برآنجا کردار نیکو باید کماشت

Vita vestra itinerarium est, in quod oportet nonnisi bonas actiones recipi.

* Hafiz:

بسعي خود نتوان برد گوهر مقصود
خیال تست که این کار بیحواله بر آید

Gemmam votorum propriis viribus non licet consequi,
Opinio tua falsa est, eam sine auxilio impetrari posse.

2). Praeter ea etiam verbum substantivum بودن 173 impersonaliter usurpatur, ut in hoc versu:

آن به که زصبر رخ نتابم *
باشد که مراد دل بیابم

Praestat, ut a patientia genam non avertam,
Fieri [enim] potest, ut inveniam quod animus meus desiderat.

SECTIO V.

DE ADVERBIIS.

Ad Grammaticam proprie non pertinet, Adverbia 174 (quae recte et minus recte hoc nomine insigniuntur) enumerare, sed docere, quonam modo illa formentur. Itaque de Adverbiis potius agendum in Parte ety-

Digitized by Google

etymologica. Tironum tamen gratia ea apponimus adverbia, quorum usus inprimis frequens est. Notandum autem est, omnia fere adjectiva adverbiorum significationem usurpare.

175 I. *Adverbia loci:*

اینجا, اینسو } illic آنجا, آنسو } illuc

کجا ubi.

درون, اندرون } intus.

هرکجا که ubicumque زیر subtus بالا supra.

فرو, فرود

176 II. *Adverbia temporis:*

بامداد, سحرکه mane; شامگاه vespera; دوش, دی heri; پیش antea; بعدازآن, پس postea; فردا cras; هنوز, اکنون nunc; همیشه, هرکز semper; هرگز نه nunquam; آنگاه tunc; باری semel; بار دیگر iterum.

177 III. *Adverbia qualitatis et quantitatis:*

نیز pariter; بسیار multum; اندک parum; تنها, همین solum; هم, بهم simul; چند, چندان tantum.

178 IV. *Adverbia interrogativa:*

چه, ازبهر, چرا cur, quare? چون, چگونه, quomodo? چند, چندان quantum?

179 V. *Adverbia affirmativa et negativa:*

بل, آری ita; نه non.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO VI.

DE CONJUNCTIONIBUS.

Vocum, quae ſententiis connectendis inſerviunt, 180
praecipuas apponimus.

I. *Conjunctiones connexivae:* 181

و *et;* هم, نیز *etiam;* پس *praeterea, porro.*

II. *Conjunctiones disjunctivae:* 182

یا *ſive, aut;* جز *praeter (ausgenommen);* بل, بلکه *ſed.*

III. *Conjunctiones conceſſivae:* 183

گرچه, اگرچه, هر چند, هر چند که *licet, quamvis.*

IV. *Conjunctiones cauſales:* 184

بنابرین *propterea;* زیرا, که, مگر, از بهر چه *quia.*

V. *Conjunctiones conditionales:* 185

اگر, گر *ſi.* مگر *niſi;*

VI. *Conjunctiones effectivae:* 186

که *ut;* تا *ut, donec;* مبادا *ne.*

VII. *Conjunctiones comparativae:* 187

چنانچه, همچنین, چنین, همچون, همچو, چنانکه *ſicut.*

Digitized by Google

SECTIO VII.

DE PRAEPOSITIONIBUS.

188 Praepositiones Persarum nullam nominis, cui praeponuntur, flagitant mutationem. Sunt autem maxime hae:

از *a, ex*; پس *post*; زبر, ابر *super*; پیش *ante*; با, به s. ب praefixum *in, ad, cum*; بي, بيرون *fine*; در *in*; براي *pro*; پهلوي, نزد *ad, prope*; از بهر *propter*; میان *inter*; سوي *versus*, زیر *sub*.

SECTIO VIII.

DE INTERJECTIONIBUS ET EXCLAMATIONIBUS.

189 Interjectiones s. exclamationes, quibus Persae utuntur, sunt fere hae:

ایا, ایها *o!* آه *ah!* دریغا, دریغ, فغان, افسوس *vae*; اینک *ecce*.

* Dschelaleddin Rumi:

اي دریغا واي دریغا واي دریغ
کا چنان ماهي نهان شد زیر میغ

Vah! Vah! Vah! quod talis luna occulta sit nube!

* افسوس occurrit in Tetrasticho quodam Soltani Togruli ben Arslan, ultimi principis ex Seldschukidarum stirpe.

دیروز جنان وصال جان فروزي
وامروز جنین فراق عالم سوزي
افسوس

Digitized by Google

افسوس كه بر دفتر عمرم ايام
آنرا روزي نويسد اينرا روزي

Heri amicae praeſentia ita me exhilaravit, hodie non minus me contriſtat abſentia: Vae: quod in libro vitae meae fortuna ſcripſerit tam diverſos dies!

APPENDIX
AD PARTEM SECUNDAM.

De numeralibus.

Perſae ex numeralibus praeter ea, quae dicunt, cardinalia ſola *ordinalia* peculiari forma inſigniunt. Numeralibus cardinalibus Perſarum proprium eſt, quod illa nomen numeratum ſemper in numero ſingulari ſequatur. 190

Numeralia, quamquam eorum enumeratio ad Lexicon potius quam ad Grammaticam pertineat, in tironum gratiam apponimus: 191

A. *Cardinalia.*

١ يَكْ unus, a, um; ٢ دُو duo; ٣ سِهْ tres; ٤ چَهَار, چِهار quatuor; ٥ پَنْج quinque; ٦ شَشّ ſex; ٧ هَفْت ſeptem; ٨ هَشْت octo; ٩ نُه novem; ١٠ دَه decem; ١١ يَازْدَه undecim; ١٢ دُوازْدَه duodecim; ١٣ سِيزْدَه tredecim; ١٤ چَهَارْدَه quatuordecim; ١٥ پَانْزْدَه quindecim; ١٦ شَانْزْدَه ſedecim; ١٧ هَفْدَه ſeptemdecim; ١٨ هَشْدَه octodecim; ١٩ نُوزْدَه novemdecim; ٢٠ بِيسْتَ viginti; بيستيک viginti unus; بيست دو viginti duo; 192

Digitized by Google

سي triginta; ۴۰. چهل quadraginta; ۵۰. پنجاه quinquaginta; ۶۰. شصت, شصت ſexaginta; ۷۰. هفتاد ſeptuaginta; ۸۰. هشتاد octoginta; ۹۰. نود nonaginta; ۱۰۰. صد centum; ۲۰۰. دویست (rarius دو صد) ducenti, ae, a; ۳۰۰. سیصد trecenti, ae, a; ۴۰۰. چهارصد quadringenti, ae, a; ۵۰۰. پانصد quingenti, ae, a; ۶۰۰. شانصد ſexcenti, ae, a; ۷۰۰. هفت صد ſeptingenti, ae, a; ۸۰۰. هشت صد octingenti, ae, a; ۹۰۰. نه صد nongenti, ae, a; ۱۰۰۰. هزار mille; ۱۰۰۰۰. ده هزار decies mille; ۱۰۰۰۰۰. صد هزار ſ. لک centies mille.

B. *Ordinalia*

193 Formantur a Cardinalibus, ſuppoſito م, uno tantum excepto, ſcilicet: نُخُست *primus;* hac quidem ratione:

نخست, نخستین (rar. یکم) primus; دوم ſecundus; سیوم tertius; چهارم quartus; دهم decimus; بیستم vigeſimus; بیست یکم vigeſimus primus; بیست دوم vigeſimus ſecundus; سیم trigeſimus et ſic porro.

PARS

Digitized by Google

PARS III.

ETYMOLOGIA.

Quum voces a vocibus formentur duplici ratione, 194
ſive *derivatione* ſive *compoſitione*, Partem Etymologicam in duas Sectiones dividimus, quarum altera *de derivatione vocum Perſicarum*, altera *de earum compoſitione* agit. Utraque paucas complectitur regulas. Neque enim in vocibus formandis Perſarum ſermo a ſimplicitate ſua aberrat.

SECTIO I.

DE DERIVATIONE.

Perſarum ſermo, pariter ut Graecus et latinus, voces 195
a vocibus derivat, eo, quod vocem primitivam in fine augeat.

CAPUT I.

De derivatione nominum Subſtantivorum.

§. 1.

(a) *Subſtantiva a ſubſtantivis.*

1. *Abſtractorum* nomina formantur a concretis ap- 196
penſo ي. A پادشاه rex fit پادشاهي *regia dignitas;* a دوست amicus دوستي *amicitia;* a دانشمند eruditus دانشمندي *eruditio.*

Digitized by Google

Ubi concreti nomen in ه praevia vocali brevi definit, ante ي interponitur گ, ه plerumque elifo. A بنده ſervus fit بندگي *ſervitus.*

197 Hac ratione etiam a vocibus Arabicis nomina abſtracta formantur. A مشغول occupatus derivatur nomen مشغولي *occupatio.* In MIRCHONDI Hiſt. Samanid. p. 64. مشغولي نمودن legitur.

198 2. Nomina loci formantur a primitivis, appenſis terminationibus ستان, دان, زار, سار: نگارستان locus, ubi pictae imagines aſſervantur; بهارستان locus veris; گلستان locus roſarum; شکرستان, شکردان locus ſacchari; سنبلستان hortus hyacinthorum; گلزار roſarum campus; لالهزار liliorum campus; کوهسار regio montana.

Dubium non eſt, quin haec nomina ad nomina compoſita referenda ſint; at vero, quum ſimpliciter hae voces non occurrant, inter terminationes cum ceteris grammaticis eas retuli.

199 3. ي voci primitivae additum deſignat hominem, qui familiaritatem contraxit cum re, quam primitiva notat, neque non nomina gentilia format. Ita خوني a خون *ſanguis* formatum ſignificat hominem ſanguinarium, occiſorem. *Nizzami* narrationum (Lipſ. 1803. 4.) Nr. IV.

خانه من برد که خوني کجاست

Domo mea me privavit, ubi eſt occiſor?

اصفهاني ab اصفهان notat *Iſfahanenſem.*

